D. IOANNIS DURAN DE TORRES ... DE POSTLIMINIO INTER LIBEROS, ...

Juan Duran de Torres

D. IOANNIS DVRAN
DE TORRES
I. C. HISPALENSIS,
DE
POSTLIMINIO
INTER LIBEROS, FOEDERATOSQ; POPVLOS
Critico-Iuridica Dissertatio.

Ad Proculum in l. Non dubito 7. D. de Captiuis & Postlim. reuersis.

In qua ex Attico, Romanoque Iure illustrantur

Αὐτονομία, σπονδῆκαι, ἀποστροφῆς δικαίον.

ROMÆ, Typis Vitalis Mascardi, Anno 1655.

SVPERIORVM PERMISSV.



Parum ſepultæ diſtat iner-
tiæ cèlata virtus.



ALEXANDRO SEPTIMO PONTIFICI MAXIMO

S.

MMODICE gestientis affectus licentiam boni consulas oportet (SANCTISSIME PATER) qui te ad summum rerum apicem, diuinitatemque penè sublatum adorare non modò efflictim ambiret, sed

exiguo simplicique donario candidam, atq; adeo veram religionem commendare; Samijs littari non abnuit prisca seueritas, nec auidiùs Indica, aut Sabina suppellectile admisit deprecantem. Extat sanè in tenuis libelli humilisque hostiæ extispicio nescio quid (si modò fortuita quæque Haruspici obseruanda) quo te vnum Christianę Reipublicę bono natum, & ad supremas Infulas euectum licet augurari; antiquam populorum *libertatem* graphicè describere, quid aliud nisi reducem li-

ber-

bertatem primæuam illam, nec ſceleri mancipatam, aut inuido mortalium odio deperditam, hariolari? Ingenuum orbem natalibus reſtitutum gratulamur, & modò, ſi miſeræ aliud non liceat mortalitati, ex ferrea compede ad aureos annulos eductum; Libertas, libertas hæc eſt (exclamat Vates) aurea contingunt ſæcla, quibus amor Regnum poſſidet, non ille quidem, quem Venere Satum ſuperſtitioſa coluit antiquitas, ſed qui matura iam, & conſilio aſſueta ætate cunctis imperat, ille demum, quem noui loquentem

Oὔτι

Οὔτι γὰρ ἔκγλωα βίᾳ, πάντ' ἐπραυνα πειθοῖ

Non decet vnquam cœle-
ſtem ductum dura Neceſsi-
tas, quam Terræ comitem
in Græcorũ fabulis, æuum
adorauit, ſed ὕβρεως ἄμοιρον &
ipſa Comitate comius im-
perium. Quid *Fœdera?* niſi
quòd bellis, diſſidijſq; con-
fectum, cadentem, & modò
non elatum Orbem tuo au-
ſpicio, imperio, ductu, æter-
na in fœdera iturũ; Parum
fuit Alexandri victorias
Appellis penicillo ſic adũ-
bratas, vt Orientis prouin-
cias mœrenti, ac demiſſo
vultu, iactatis crinibus in
triumphi ſpeciẽ exprime-
ret,

ret, ni Belli ipſius imaginem truci, ac ſæuo ſupercilio Alexandro ſubiectam effigiaret; laus tua hæc eſt (ALEXANDER SEPTIME) cui te vnum Cœlitum decretis nouimus deſtinatum; glorioſum Magno illi tot gentes bello domuiſſe, ſed Bellum ipſum fœderum, ac pacis vinculis deuinctum ducere nulli, niſi Maximo tibi continget; continget tamen nec vana auſpicio fides, & quod iam olim Chriſtianus Orbis expectat modò præſagit, vt ſub te quaſi ſub vno Parente veterem συγγένειαν reuocet;

en nobis virtutum, artium ; fœlicitatis, & (cum Tertulliano loquor) *Ecclesiasticæ pacis Postliminium*. Redeunt iam tecum prisci æui exempla, imò sine exemplo virtus, in sequiora nimirum natus es sæcula, non vt antiquis moribus dignè parentares, sed vt ex asse captos recentissima venustate polires. Cœpisti priscam, impexamque seueritatem, sed qualem meliori cultu comitatis temperatam reddis? Agnouisti vetustam, & penè ignotã fidem, sed quanto disciplinarum consortio vrbanè viuere docuisti ?

Re-

Redeunt ergo Poſtliminio virtutes, redeunt ingenia, & neſcio quo fato exulantes Muſæ; Muſæ illæ, quas iam diu oſtro, & quidem purissimo inſignes, modò in ſqualida veſte, & quæ ſæculi proderet iniuriam, cernimus aberrare. Reuixere ſanè & è veterno quodam excitatæ aliquid te dignum excudere moliuntur; ſed quid vnquam te dignum! quem non exprimere, nedum imitari, mortalibus datum; quis enim vnquam magnifica iſta, orationis dignitate quodammodo aſſequi volet, qui rei ſplendo-

rem

rem vmbratili verborum, ſatellitio ſtipatum non obſcuret. Quis Regias animi dotes, ad vſum negotiaque factam ſapientiam, ſed quæ pulcherrimarum artium, eruditionis, amœnitatis, agmen non excluſerit, quod & in ſummo otio enutritum in plauſum, aut miraculum iret, non Rhetorices præſtigijs, aut fuco, ſed ſimplici, æquabilique ſermone, & vt veritatem decet, fideli fando æquiparet? Quis te (vereor ſine religione dicere) non modò ἀπάτωρα inter Diuos canere, ſed vt olim Achilles calido ci-

cinere conditus, quam à patre habebat exuiſſe fertur mortalitatem Diuæ matris conſilio, ita te mortalitatis memoria velut calido cinere conſperſum, naturæ ipſi abdicatum, vt meliori veraq; voce Σποδάναι liceat prædicare. Sed myſteria hæc ſunt nec fas eſt loqui; verear ergo, nunquam, aut ſanctiora iſta adyta ingreſſus, aut quidquam vltra leues genas conatus, nec quo tuam maieſtatem expleam, aut pondere, aut genio dignus, ingenij, morum, dignitatis, æticam imaginem adum-

bra-

brare; ſed te vnum (SANCTISSIME PATER) ſubeſt deprecari, vt donariolum iſtud, non pretio, aut magnitudine, ſed fide, & fortaſſis externitate commendandum Templo tuo appendere ſinas, iuſti (ſi Deus dederit) operis ſacraque Iura illuſtrantis ſpecimen, nulli niſi Summo ſacrorum Antiſtiti conſecrādi. Vale & viue fœlix Reipublicæ Chriſtianæ, quidni & litterariæ bono.

Sanctitati tuæ

deuotiſsimus Cliens

Don IOANNES DVRAN.

CLARISSIMO ET ERVDITISSIMO
VIRO

IOANNI DVRANIO

Bartholomæus Dherbelot Salutem.

LEgi, atque auidè perlegi (Eruditissime DuranI) quas ad me misisti tui περὶ αὐταρκείας Commentarij paginas, ijsque mirum in modum captus, & delectatus sum; tam scitè enim, & doctè pallium togæ conciliasti, vt nihil aptiùs exire, aut oportunius edi potuerit: vidisti nempè quàm miserè iacent languentq; hæ, quas tractas litteræ pestilenti quasi syderatione afflatæ, ijs iam penè conclamatis opem ferre paras; perge, iuuare, fouere; attollent, attollent, non me fallit omen profectò caput nec erit, quòd meliori sæculo inuideamus. Alit spem meam quod auspicato Gallum, & Iberum communi litterarum iuuandarũ ergo fœdere coniunctos video, nihil verò despondendũ aut desperandum est quod huiuscemodi afferatur authoramento: omnia verò mea vota superat, quòd recta ad Alexandrum is, nec tu alium quæris Mœcenatem quàm quem sæculi fœlicitas Orbi Patronum dedit, de tam laudando consilio gratulor tibi, gratulor ætati nostræ, gratulor Alexandro, tibi qui tanto beatus es munere, ætati nostræ tam generosa prole, nobili; Alexandro, cuius fausti syderis exortu peregrinæ etiam plantarum soboles in Romano solo adeò fœlici prouentu pullulant. Vale pridie Kalendas sextileis.

Ad



AD
LECTOREM.

ΝΔΡΕΙΑΣ μὲν καὶ καρτερίας δεῖν πρὸς τὴν ἀσχολίαν φιλοσοφίας δὲ πρὸς τὴν σχολὴν, *aiebat Politicorum Doctor, quæ mihi vera fatum comprobauit, nam cùm Romæ diutiùs immorari cogerer, nec Aulicorum studia, quæ cæteris oblectamento, me totum penitùs haurirent, & in ipsis Athenis Atticis velut crasso Bæotorum aëre tempus, aureasque horas consumere sacrum putarim, sin minùs* ἀνδρείας καὶ καρτερίας πρὸς τὴν ἀσχολίαν, *ast non parum* φιλοσοφίας πρὸς τὴν σχολὴν *excoluisse testatum velim. De iure ergo publico, nescio quæ meditabar, quæ publico fortassis vsui deseruirent, & cùm in quæstionem illam de postliminio inter fœderatos incidissem, Salmasium tandem strenuum (si Dijs placet) iuris interpretem, in ipso negotio deprehendi. Sed qui tot nouæ Iurisprudentiæ monstra produxerit, vt ex Grammaticorum tricis*

ve-

velut è Iouis cerebro nouam nobis Themidem obtrudat, à quo nugamenta hæc comparasti? Sæpè sæpiùs rogare non distuli innumeraque hominis deliramenta contortis verborum inuolucris obducta annotaui, quæ dum in iusti penè operis molem excrescunt, in tenebris diutiùs delitescere abnui, qui & otij rationem reddendam imbiberam, nec aliter inertiæ inuidiam amolliri; nec enim ea mihi curanda hominum ingenia, iam olim seriò decreui, quæ hisce literarum ἀκαιρολογίαις tempus, atque otium terere inutile iudicarunt, sapiant sibi, qui nos quasi ματαιοτέχνους proscribunt, & quæ non capiunt carpant γοργείας κεφαλῆς ἀπόγονοι. Prodeunt ergo elucubrationes istæ, sed quorsum dicas, vt cum laruis potiùs depugnare videaris? fateor maturiùsque producendas censui, sed si cum vmbris olim exerceri validissimum quemque vetus γυμναστικὴ docuit (quod σκιαμαχεῖν Platoni) vt robustiori habitu, & ad laborem factis lacertis in ludum descenderet, aut pugnam, vbi meliùs, vtiliùsue quàm in his non iniucundis exercitationibus otium ponerem, in quibus & illud mihi obseruatum, vt quemadmodum qui in breui tabella imagines quàm plurimas describunt, quas per recessus & vmbras longè reijciunt leui penicillo adumbrant oculos, digitos, aliaque membra disertè non exprimunt, sed quas propè accedere fingunt

gra-

graphicè designant, minutissima quæque lineamentis reddunt, extremitates subtiliter præscindunt, ita quæ dissertationi non parum, sed longiùs inseruirent leuiter libarem, in quibus liberè fortassis, & verè dicam non pauca aut primùm excogitata, aut recenti illustratione exculta, aut noua demum luce perspicua agnosces; quæ verò proprius accederent assidua manu non modò exasciare, sed læuigare, & polire tentarem. Sanè sub prelo ipso Parisiensem Aduocatum Desiderium Heraldum animaduersiones scripsisse velut causæ suæ vindicem audiui, excandui primùm, seròque suscepti muneris pœnitere cœpi, sed cùm eas attentè perlegissem, nihilque aut parum inuenissem, quo scriptionem nostram præuertisse videretur diutiùs premere non libuit. Hæc ergo qualia sint, sed præsentissima religione commendata in publicum emisi, tibique vt exterum, qua humunitate decet excipias precor, Aristotelicique in Charia θαυμάτος memineris σκόρπιοι (inquit ille) γίνονται οἱ τῶν μὲν ξένους παραξαντες οὐ λίαν ἀδικοῦσι.

PRÆ-

PRAELOQVIVM.

OMANI, publicique iuris nec ignobiles, nec notas adeò quæſtiones, quę ſub titulo de Captiuis & Poſtliminio reuerſis continentur, explicare, nec leuis operæ, nec vulgaris iudicij rem cenſeo; adeò intimi iuris præſcripta, publici dicã an ignoti? militares adeò leges præſerunt: ſed quid ſi ſermonem, quo aut propoſitæ, aut expoſitæ parum ſtructum, & qui non modo Latij puritatem non ſapiat, ſed mendis ſcatentem attenderis, lanienam rectiùs iudicabis, quàm (Æſculapius ſis, aut Podalirius) vix in iuſtum corpus rediges. Vnum è multis teſtem Proculum producam, fœdè contaminatum, & demum varijs emendationibus adeò raptatum, tractum, miſereque vexatum, vt potius περιπηλακισμὸν exclamare, quàm interpretis manum expoſcere videatur; cu-

ius fortunam diu misertus, consilij illud in pectore habui, vt vindicem me exhiberem, criticorumque non ἀμούσων sane, sed γονίμων iniurias, qua possem auerterem, Proculumque media noctis caligine iniuriam passum, in lucem, non scitulo, & squallenti pallio, sed Romana expolitaque toga indutum reuocarem.

Sed ne diutius προοιμιάζειν videamur, de liberorum, fœderatorumque postliminio sic Proculus disserit: *Non dubito quin fœderati, & liberi nobis externi sint; non inter nos, atque eos postliminium esse*. Sed in limine (vt verborum stribliginem taceam) liberos fœderatosque populos externos esse dubitare liceat, quo nomine illi qui nullo vnquam fœdere in Pop Rom. fidem amicitiamq; venerant notabantur: Demum inter ipsos qui, Proculo teste, extranei sunt, Populumque Romanum postliminium non esse, rectius moraberis: imò si fides Ælio Gallo [a], cum populis liberis fœderatisq; postliminium fuisse asserendum. Quæ singula vt sine offensa expediamus, veterisque Iuris, & Romanæ πολιτείας, quam adumbrare cogimur, adyta ingrediamur, primùm liberorum, fœde-

[a] apud Festum in voce Postliminium.

de-

deratorumque populorum conditionem καθ' ἱστορίας τρόπον percurremus; deinde anxiam, implicitamque quæſtionem de poſtliminio examinabimus; Proculum tandem non diſrupta, ſed poſita verborum larua oſtendemus. Hæc ſcenam noſtram manet καταστροφή.

Dissertationis

PARS PRIMA,

Caput I.

SYNOPSIS.

1. Liberi populi qui dicantur? 2. Populorum seruitus ἐν κτήσει. *3. Qualis* ἐν ὑποτάξει. *4. Populi subditi* αὐτοκρατία *nulla. 5.* Κοινωνία *quid? quomodo à* συμμαχία *differat. 6. Strabonis interpres correctus. 7. Libertas populorum quibus contineatur. 8. Sacra propriè* αὐτονομίας *pars. 9. Sacrorum leges apud Athenienses, Romanosque. Iustinus Martyr, & Statius luce donati. 10.* Αὐτονομία *quid? 11. Municipiorum iura. 12. Leges Rhodiæ. Strabonis locus expletus. 13. Papinianus illustratus. 14. Antiochiæ, Syriæque* περιήγησις. *15. L. Antiochensium Cœlesyriæ nouiter accepta.*

1 LIBERI ergo, & sui iuris populi, qui nullius alterius potestati subiecti sunt, aut hostes, aut non amici, aut fœderati censentur: Hostes a quidem

a l. hostes.

dem ſunt, quibus bellum publicè Populus Rom. decreuit, vel ipſi Populo Romano: non amicos διδακτικῶς dicimus, cum quibus neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœdus amicitiæ cauſa factum habemus, qui quidem hoſtes non ſunt.[b] Liberi & fœderati ij ſunt, qui in Populi Romani fidem, amicitiamque venere, de quibus nunc Proculus: fuit enim Romanæ maieſtatis arcanum eos populos qui fidem amicitiamue expeterent, in fidem amicitiamque recipere. *Populum Romanum* (Scipio[c] aiebat) *beneficio, quàm metu obligare homines malle, exteraſque gentes fide, ac ſocietate iunctas habere, quàm triſti ſubiectas ſeruitio*. hinc πολυθρύλλητος illa Romanorum fides, quam ex ſacris literis[d] cognoſcere licet. Καὶ ἤκουσεν Ἰούδας τὸ ὄνομα τῶν Ῥωμαίων, ὅτι εἰσὶ δυνατοὶ ἰσχύϊ, καὶ αὐτοὶ εὐδοκοῦσιν ἐν πᾶσι τοῖς προστιθεμένοις αὐτοῖς καὶ ὅσοι ἂν προσέλθωσιν αὐτοῖς ἱστῶσιν αὐτοῖς φιλίαν. Sed vt rem clariùs illuſtremus, & liberorum, fœderatorumque conditio innoteſcat, quæ fuerit populorum libertas, quid fœdus nobis aperiendum.

ff. de captiu. l. hoſtes de v. s.

b l. poſtliminio 5. § 1. ff. de capt. & poſtl.

c Liuius lib. 26.

d Machabæor. lib. 1. cap. 8.

2 Libertatem ergo, ſeu populorum

ἐλευθερίαν non eam dicimus quæ ſeruituti ἐν κτήσει, ex Stoicorum ſententia, opponitur, vt ſcilicet qui herili,& δεσποτικῷ imperio ſubiecti non ſunt, liberi dicantur: nam etſi populorum miſerrimam conditionem,non vno ſæculo meminiſſe liceat,qui deterrimam hanc ſeruitutem ſeruiere Elotas, Peniſtas,Clarotas, ſimiliaque ſeruorum κατὰ πόλεμον nomina audimus ijs populis indita, qui ita Lacedæmonijs, Theſſalis, Cretenſibus ſubditi, vt primam illam ingenitamque libertatem amiſiſſent: Καὶ πρῶτοι γε ἐγένοντο οὗτοι Λακεδαιμονίων δοῦλοι τοῦ κοινοῦ καὶ Εἵλωτες ἐκλήθησαν πρῶτοι καθάπερ γε, καὶ ἦσαν, ait Pauſanias de Elotis, ſub Agide, aut Soo debellatis. [a] Ἐκ Ἕλῳ enim Laconica vrbe Helij Perſei filij colonia Ἕλιοι Εἵλωτες dicti, quod nomen Meſenij noui famulatus ludibrio cum fortuna induere. Nec diſſimile in Megarenſibus Herodotus proſcribit(ſi Plutarcho [b] credimus) populoſque adeo ſeruituti addictos ſcimus, vt ſub corona venderentur, vt de Corynthijs, Thebanis, Abderitis Iuſtinus [c]; quibus addam Cirrheos & Acragallidas, quos malè mulctauere Amphictyiones καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐκ-

[a] Pauſanias in Laconicis. Strabo lib. 8. Plutarchus in vita Licurgi. Ammonius in voce πένεστες Diu. Chryſoſt. orat. 15 Cœlius Rhodig. lib. 18. cap 16. & lib. 25. cap. 19.
[b] in Alexandro. Liuius lib. 43.
[c] lib. 34. Tacit. lib. 13 Annal.

ἐκπορθήσαντας κ) αὐτοὺς ἀνδραποδισαμένους.[a]

3 Aſt eam modo accipimus quæ cum ſeruitute ἐν ὑποτάξει, pugnat, liberoſque populos eos dicimus, qui ciuili imperio alterius non audiunt: non enim ij ſtatim liberi, qui Regibus non parent (etſi libertas Regno maximè opponatur) *nec in regno Pop. Romanum, ſed in libertate eſſe* (ait Liuius[b]) αὐτονόμους θρᾷκας Thucydides vocat, quos nec Regibus quidem niſi ex libidine parere ſolitos ait Tacitus[c] imò & oligarchiæ, vt mihi Demoſthenes[d] probat, qui oligarchiæ authores libertatis hoſtes cenſet, καὶ μισθωτὰς εἰς ὀλιγαρχίαν κοινοὺς ἐχθροὺς παραινῶ νομίζειν πάντων τῶν ἐλευθερίας ἐπιθυμούντων. Vnde Tacitus *Populi imperium iuxta libertatem, paucorum dominatio regiæ libidini proprior eſt.*[e]) ni alterius ditione liberi ſint, quemadmodum populi qui Romanis dediti, ac ſi ſub vnius imperio eſſent, libertatem amittebant. Vide exempla de Campanis, populoque Collatino apud Grotium,[f] Arcania, & Amphilochia Iuris Oetolorum Cauno Rhodio um, innumeriſque alijs populis, qui alterius poteſtate reguntur,

[a] apud Æſchinē contra Cteſiphontem.

[b] lib. 45. Vide plura apud Grot. de iure belli lib 1. cap. 3 n. 12

[c] Thucydides lib. 2. Tacitus lib. 4. Annal.

[d] de libertate Rhodiorum.

[e] Tacitus Annal. 6.

[f] Lib. 1. de iure belli cap. 3. n. 12.

& ſub imperio quodammodo Regis viuunt. Addam Lemnum, Imbrum, Scirum, vrbes Athenienſibus ſubditas ex Xenophonte [a] ταύτας δὲ ὥσπερ τὸ ἀρχαῖον εἶναι Ἀθηναίων. Maſſilienſiumque ſubditos apud Strabonem [b] ὥστε μὴ ὑπακούειν τῶν εἰς τὴν ὑπαρχίαν πεμπομένων στρατηγῶν, μήτε αὐτὴν, μήτε ὑπηκόους. Quid de Nemauſo tot populos ſubiectos vectigaleſque habente? ὑπηκόους γὰρ ἔχει (ait Strabo [c]) κώμας τέτταρας, καὶ εἴκοσι τῶν ὁμοεθνῶν ἀνδρείᾳ διαφερούσας συντελούσας εἰς αὐτήν. Sed ſolem facibus adiuuamus: Prouincias etenim à Romanis floreſcente Republica ſubactas quis adeo fungus vt eas ſubditas, & vectigales neſciat? miſſoſque in eas Præfectos & Quæſtores? Imò ſub Auguſto cùm adhuc popularis ſtatus vmbra vigeret, diuerſas ipſe Imperij prouincias, alias Populo dedit, alias ſibi reſeruauit. [d] Et, ſi verum amamus, verbaque Proculi [e] inſpicimus, liberos in hoc tractatu illos dicemus, qui alterius populi ditioni ſubiecti non ſunt, ſiue à Populo, aut Primoribus, aut ſingulis regantur: nec enim de modo imperij apud ipſos, ſed de libertate reſpectu alterius populi agitur: hęc quippe mi-

a lib. 5. Hiſt. Græc.

b Strabo lib. 4.

c Idem lib. 4.

d Dio lib. 53.

e Strabo lib. 17. & 3. in fin. Suet. in Auguſto cap. 47. & 48.

e Proculus in §. 1. huius noſtræ legis.

minùs libera populorum conditio: nec enim ijs Reipublicæ forma, non μοναρχία, non ἀριστοκρατία aut δημοκρατία ex quibus τῶν πολιτειῶν διαφορὰς διακρίνομεν ex Stoicorum, Peripateticorumque sententia: ſubditi enim populi, non perinde σύστημα aliquod cum victoribus componunt, vt vel δημοκρατίᾳ aut ἀριστοκρατίᾳ quibus vtuntur iſti, illi fruantur. quod in Achæorum Republica commendat Polybius [a], τινὰς δὲ βιασαμένη συγχαίρων παραχρῆμα πάλιν ἐνδικεῖν ἐποίησεν αὐτῇ τοὺς ἀναγκασθέντας, οὐδενὶ γὰρ οὐδὲν ὑπολειπομένη πλεονέκτημα τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἴσα δὲ πάντα ποιοῦσα τοῖς ἀεὶ προσλαμβανομένοις.

a Polybius lib. 2.

4 Sed cùm nulla Reipublicæ forma illis ſit, αὐτοκρατίαque (vt ita dicam) nulla, illi ſeruiunt. Audi vicinos Spartanis populos priuilegio ad ἰσοπολιτείαν admiſſos μετέχοντας, καὶ πολιτείας, καὶ ἀρχείων. [b] Sed priuilegium illud facilè abrogatum, καὶ συντηρεῖν προστάξαι τῇ Σπάρτῃ, 5
nec aliter à Romanis Sabinos, Latinoſque, quibus κοινωνοῖς δ' ἐχρήσατο, ſed poſtmodum coacti iſti ipſos opprimendo Rempublicam augere τῇ ἐκείνων καταλύσει τὴν σφετέραν ἐπαύξειν. [c]

b apud Strabonem lib.8.

c Strabo lib 6. Xilandri.

Nec diſſimulem Strabonis interpretis 6
erro-

errorem vbi pro κοινωνοῖς ἐχρήσαντο, *adhibitis in societatem* vertit, alia quippe populorum societas, quam συμμαχίας, aut φι-
7 λίας nomine rectè Strabo exprimit (de qua inferiùs) alia κοινωνία quæ in Reipub. partem admissos denotat Virgil. lib 7.

- *postquam in partem data Roma Sabinis.*

quæ ἰσοπολιτεία Dionysio:[a] imò verbo illo in similem rem Strabo[b] vsus κοινωνῆσαι Ρωμαίοις τῆς πολιτείας: illis tamen qui sub vnius imperio sunt liberi magis, vtpotè qui eam πολιτείας partem, principatum nempe, propriamque regiminis formam seruant.

a Dionys. Halic. lib 8

b lib. 6.

Libertas ergo ista ijs nititur fulcris, sine quibus Respublica & ciuilis κοινωνία non subsistit, hæc vel ex Thucydide[c] sunt αὐτονομία, αὐτοδικία, & αὐτοτελία, suis scilicet legibus, iurisdictione, ac vectigalibus viuere: hæc enim præcipua, quibus res continetur publica. Scitè, & ad rem Tacitus,[d] *quin de bello, ac pace, de vectigalibus & legibus, quibusque alijs Romana continentur suaderet, dissuaderetue.*

c lib. 4.

d lib. 13. Annal

8 Mittam sacrorum proprios ritus, sacraque ipsa, quæ etsi maximè publica, libertatisque nota, non improprie ad αὐτονομίαν referas, quæ in sacris præcipuè riti-

ritibus, ſacrorumque legibus verſatur. Adi Solonis κύρβεις, vbi non profanos ἰδιωτικοὺς que νόμους, quales in Ἄξοσι, ſed ſacrorum leges καὶ δημοσίας ἱεροποιίας perſequeris, imò & in Ἄξοσι ſextumdecimum ὁρίζειν τιμὰς τῶν ἐκκρίτων ἱερείων Plutarcho credam: nec aliter Romano- 9
rum religio ſacrorum leges habuit, quas & in duodecim tabulis comprehenſas M. Tullius [a] ſignificat, pluraque de ſacris & religione à Faliſcis petita poſt decem tabulas reliquis duabus Decemuiros complexos Seruius author, & ex ipſis legibus Regijs priſciſque, præſertim Numæ Pompilij ſcitis tranſlata, quibus præcipua ſacrorum cura. Vnde apud Fabium, [b] genera iuris tria, ſacri, publici, & priuati, ſed quod propius accedit, Iudæorum αὐτονομίαν eo argumento probat Iuſtinus Martyr, [c] quod eis liceret ſacris legibus vti, ὥστε καὶ τότε ὄντος ὑμῖν κατὰ τὸν νόμον τοῦ Μωσέως, καὶ προσφορὰς προσφέροντος, καὶ τὰ ἄλλα νόμιμα φυλάσσοντος, nec alio ſenſu inter parcentia fœdera (vt cum Statio loquar) religionem Dacis relictam licet cenſere.

Hæc eſt quæ victis parcentia fœdera Cattis,
Quæque ſuũ Dacis donat clementia montem.

[a] lib. de legib. Vide Pitheum in not. ad Collat. leg. Moſaic. tit. 13.

[b] Quint. lib. 2. c. 4.

[c] in dialogo cum Triphone Iudæo.

Da-

Dacorum superstitionem, Sacerdotem in monte pro Deo coluisse docuit magnus vir,[a] montemque ipsum sacrum habuisse: nam quod de Getis Strabo,[b] καὶ τὸ ὄρος ὑπειλήφθη ἱερὸν ad Dacos pertinet Getarum populum, Sacerdotiumque, & sacra relicta, montemque suum inter fœdera, datamque Dacis fidem fuisse credam, nec inuitus, quò vir ille λαμπάδουχος ducit, ibo: tandemque Eleusini in Atheniensium potestatem dediti, initia, siue Cereris propria sacra velut αὐτονομίας partem sibi excepere, vt refert Pausanias. Sed & publicarum rerum, bellique & pacis consultationem ad αὐτοδικίαν referam, de qua inferiùs, ne res sæpius ad incudem reuocetur.

10 Αὐτονομία ergo populorum, suis nempe legibus vti, libertatis insigne, αὐτονομουμένη πόλις ἡ τοῖς αὐτῆς νόμοις χρωμένη, καὶ οὐχ ὑπακούουσα ἑτέροις. Vnde apud Demosthenem[c] de populis qui fœdere non continerentur ἐλευθέρους, καὶ αὐτονόμους εἶναι, & alio in loco, καὶ πολλὰ τῶν μετ' ἐκείνου νῦν ὄντων ἐθνῶν αὐτονομούμενα, καὶ ἐλεύθερα ὑπῆρχε, Strabo[d] de Regibus & Dynastis qui sub Imperio Romano οὗτοι μὲν

δὴ

[a] Iust. Lips. Hist. Tacit.

[b] lib. 9.

[c] Demosth. de Halonéso. Philippic. 1

[d] lib. 17.

δὴ ζῶσι κατὰ τινας πατρίους νόμους. Pliniusque [a] ad Traianum: *Amisenorum ciuitas beneficio indulgentiæ legibus suis vtitur*: leges namque Reipub. forma sunt, [b] & descriptio τύπος δὲ καὶ σχῆμα τῆς πολιτείας ὁ νόμος ex Politiæque forma distinguuntur πρὸς γὰρ τὰς πολιτείας τοὺς νόμους δεῖ τίθεσθαι, καὶ τίθενται πάντες, ἀλλ' οὐ τὰς πολιτείας πρὸς τοὺς νόμους. Vnde cùm nulla sine libertate Respublica, leges nullæ. Hincque libertatis vestigium & nota fuit populis ijs, qui antiquo Municipiorum iure censerentur. [c] *Municipes ergo sunt Ciues Romani ex municipijs suo iure, & legibus vtentes*, inter quas, (quod nuper asseruimus) sacrorum ius relictum; vnde municipalia sacra apud Festum, [d] quæ ab initio habuere ante ciuitatem Romanam acceptam, & si aliter Longobardus ille ῥαψῳδός, quæ postmodum etiam proprio ritu, & more peracta: etsi enim his ἰσοπολιτεία quodammodo fuerit concessa, non Populi Romani lege aliqua astricti, cùm nunquam Pop. Rom. eorum fundus factus esset; imò aliquando ijs, qui in Populi Romani ditione essent αὐτονομία concessa. Exemplo sint illæ Rhodio-

rum

a lib. 10. epist. 97.

b Strabo lib. 1.

11

c Agell. lib. 16. noct. Attic. cap. 13.

d Festus in voce Municipes.

rum leges θαυμαστήque εὐνομία περὶ τὰ ναυτικά, quæ & subditis ijs demum à Vespasiano [a] adeo viguere innumeris Cæsarum constitutionibus firmatæ, vt & liberos adhuc Rhodios crediderint
12 Plinius, Chrysostomus, [b] & Aristides. Sed quid Rhodijs ereptam, restitutamque libertatem repetam, antiquamque Græcorum, Romanorumque amicitiam ἀφ' ὧν αὐτόνομος διετέλεσε? præiuit hæc vera Musarum proles, imò ipsius Apollinis Μουσαγέτου Ramus ille filius in quo Ethicam patris imaginem iuuat mirari *sic oculos, sic ille manus* ex limpidissimo illo fonte Iurisprudentiam hausit iste, antiquam illam quidem, pulcherrimarumque artium comitatam agmine, patrem demum adeo referre agnosces, vt pro illo Homerici Priami concepta vota censeas.

Ζεῦ ἄλλοι τε θεοὶ δότε δὴ καὶ τὸν δὲ γενέσθαι
Παῖδ' ἐμὸν ὡς καὶ ἐγώ περ ἀριπρεπέα.

In Academicis ergo Analectis, [c] queis omne Rhodiorum æuum ausus est tribus explicare chartis, rem totam aperuit; sed liceat mihi Strabonis [d] locum ex cerebro licet & audacter integrum reddere, & leui additione explere: Ῥωμαίοις (ait)

a Suet. in Vespas. cap. 8. Vide alios apud Gothophr. ad tit. D ad l. Rhodiá.

b Plin. lib. 5. cap. 31. Chrysost. & Aristid. in Rhodiac. & in orat. 1 concord. ad Rhod.

c ad l. ἀξίωσις 9. ff. ad l. Rhod.

d lib. 14.

(ait) ἐγένετο φίλη, καὶ τῶν Βασιλέων τοῖς φιλορωμαίοις τὲ, καὶ φιλέλλησιν ἀφ' ὧν αὐτὴν ἐμῷ τε διετέλεσε, sed libenter legam, addamque Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις ἐγένετο: amicitiam enim cum Regibus Græcorum amicis quî referret, cum ipsisque Græcis contractam, silentio prætermitteret? Sed iam ad αὐτονομίαν, quam apud subditos Romanis plerumq; populos cautè legas, ne municipalia scita, quæ leges populi dicuntur, [a] atque in vim pactionis plerumque valent, dummodo nec ius commune publicamue legem corrumpant δημόσια πράγματα, vt in lege Solonis [b] (non γράμματα ex Cuiacij emendatione) tibi imponant, à quibus post publicam legem, aut principale rescriptum quidni discessum iudicamus? vt sapienter interrogando docet Vlpianus [c] lib. 35. ad edictum, vbi obliterati municipiorum iuris vestigium licet obseruare, Romanasque leges, Imperialiaque rescripta in municipijs valere, quod Hadriani æuo obrepsisse Gellius demonstrat, etsi apud eundem Vlpianum [d] municipij coloniæque iura diuersa fuisse videntur; sed verius (vel aduersante Budæo & Ræuardo [e] pro aggre-

a l. 5 §. 1. de iur. immunit.

b l. vlt. ff. de colleg. & corpor.

c l. 3. §. 5. de Sep. violato. Vid. Baro ad l 3 quod cuiusque vniu. Vasq. 1. cōtrouers. illust. cap. 47. n. 9. Ilíger. lib. 1 comment. Donel. 1 c. 6 lit C.

d l. 27 §. 1. ad Municip.

e Ræuard. lib. 1 coniur. cap. 7.

sti Villa *Coloniam* accipere placet, quemadmodum apud Varronem, Columellam, & Ausonium, fauetque Haloandrina lectio verbo *colendi*, quæ *ruris* addit. Sed quid de Antiochena illa lege, quæ apud Papinianum, [a] eo magis nobis tragulam inijcit, quod pristinæ libertatis Antiochenæ vestigia inuenimus apud Plinium, [b] ipsamque à Seuero seruituti addictam dissertè legimus in Spartiano, [c] sed cum eam sub M. Aur. Antonino ius coloniæ obtinuisse (vt statim proferemus) cognoscamus, quas nusquam αὐτονομίαν habuisse Hadrianus differit apud Agellium, [d] difficilius de propria ista lege quæstio expedienda, in qua diu non leues mei, & alieni fluctus, nec recreat Alciatus, [e] qui legem illam Populi Rom. fuisse circa Antiochensium priuilegium asserit, verius meliusque Cuiacius antiquam Municipij legem intelligit, quæ diu seruata, moreque vetusto in bonis debitoris exercita, tacitæ nempe hypothecæ priuilegium (non πρωτοπραξίας, aut προτιμήσεως, vt aduersus Alciatum, Petrumque Vanderanum, Cuiacius differit [f]) quod nulla habet Respublica, nisi quæ à Principe accepit,

hæc.

a l. Antiochensium 37 de rebus auct. iud. possid.

b Plin. lib. 5. cap. 21.

c Spartian. in Seuero. Herodianus lib. 3.

d lib. 16. cap. 13.

e lib. 1. disputat. cap. 11.

f Vander. de priuileg. credit. cap. 10. Cuiac. lib. 10. resp. Papin. l. simile D. ad Municip.

hæcque dubitandi ratio (Cuiacij monitu) in lege iſta : cùm enim Seuerus Imperator omnia iura & priuilegia Antiochenis ademiſſet, quod bello, vt diximus, ciuili Nigrum iuuiſſent, de hoc priuilegio quæſtio incidebat, & tamen durare Papinianus reſpondit, ſolum namque adempta cenſeri, quæ Seuerus alijque Principes contuliſſent, ipſeque (vt moris Principibus fuiſſe in limine Imperij docet Cuiacius [a]) confirmaſſet, quale illud quod à veteribus Principibus conceſſum eſt [b] *ex materno genere Curialibus Antiochenis adſcribi, quos patris conditio nullius vindicaret iuri ciuitatis*. Sanè & illud ademptum ſuſpicari lubet, vt in ea vrbe Collegijs, Sodalitijſque aliàs licitis coire liceret, quale Iudæorum Collegium, quod inter legitima ἱερατικὰ συστήματα iam à Cæſare refert Ioſephus[c], nam etſi à Claudio damnata, vt Dion auctor eſt [d], ſub ſequentibus Imperatoribus permiſſa oſtendunt iuris Auctores [e], ſuſpicari inquam lubet, ſed quo fulcro, aut indicio? Antonini nempe reſcripto, quo Iudæorum collegio in Antiochenſium ciuitate conſtituto, legatum petere non licere reſcribit [f]; quod

B

[a] Ex Græca lege 6. de excuſat. tut.
[b] L. 21. C. de Decur. l. 66. C. eodem.
[c] Lib. 25. antiquit.
[d] Dio l. 57.
[e] L. 15. §. εἴδη καὶ Ἰουδαῖοι D. de excuſat. tut. l. 3. §. vlt. D. de Decurion. l. circumcidere D. ad l. Cornel. de ſicar. Buſſot. 1. ſelect. c. 11.
[f] L. 1. C. de Iudæis.

quod ſi legitimum cenſeretur, liceret vtique. Nec mirum in ſeditioſa vrbe collegia damnari [a], quæ ſeditionum nutriculas Cæſar nominauit [b], eaque ratione ab ipſo cohibita narrat Dionyſius [c], ſed tandem priuilegium illud quòd lege ſua accepit (vt accentus in τὸ *quod* poſitus in Florentinis Pandectis pro ratione fuiſſe demonſtrat) durare conſtitit. Pulchra hæc fateor, ſed quæ altius inquirenda non expediunt, quæ enim lex in Antiochia, quæ iure coloniæ αὐτονομίαν amiſiſſe conſtat, & ſi ad veræ antiquæque Geographiæ ſtateram iſta expendamus quid Antiochia κοίλης συρίας cum Antiochia Syriæ metropoli, quas modo confundere ratio vetat, ni ἀγεωγραφησίαν Themidi Protomyſtæ liberi, imò ſacrilegi impingamus; ſcimus etenim veteribus Geographis Antiochiam, Seleuciamque in ea Syriæ parte poſitam, quæ Seleucis dicta ab vrbe in ipſa ora, vbi deſinente ab Auſtro Phœnice rurſus incipit Syria, ac demum Septentrionem verſus Ciliciæ, Amanoque monti iungitur; hic Antiochena Syria. ipſaque intus Antiochia, & qua Orontes fluuius maria ſubit Seleu-

cia.

a L. cum Senatus 20. de reb. dub

b Plinius in Orat. ad Cæſar.

c Dionyſ. Halic. l. 4. Vide Guiac. 2. obſ. cap. 30.

cia. Ἡ δὲ Σελευκὶς (ait Strabo[a]) ἀρίστη μέν ἐστι τῶν λεχθεισῶν μερίδων καλεῖται δὲ τετράπολις καὶ ἔστι κατὰ τὰς ἐξεχούσας ἐν αὐτῇ πόλεις ἐπεὶ πλείους γέ εἰσι, μέγισται δὲ τέτταρες Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, καὶ Σελεύκεια, ἡ ἐν Πιερίᾳ, καὶ Ἀπάμεια δὲ καὶ Λαοδίκεια. Aſt Cœle-Syria interiora occupat, quæ à Strabone Libano, Antilibanoque montibus clauditur, aut latius, ſi Plinio[b] credimus, non interiacente valle, quo aduerſus Antilibanus oſtenditur, Marſyamque appellat Polybius;[c] ſed introrſus Decapolitanam regionem, Tetrarchias XVII. Chalcidenam, Cyrriſticamque regiones continet Amphipolim vſque in Euphratis ripa olim Tampſacum antiquo ponte nobile, imò vltra Seleucidem tota illa regio Ægyptum, Arabiamque vſque extenſa Cœleſyria (ſed impropriè) cognominata ἅπασα μὲν οὖν ἡ ὑπὲρ τῆς Σελευκίδος ὡς ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, καὶ τὴν Ἀραβίαν ἀνίχουσα χώρα Κοιλησυρία καλεῖται ἰδίως δὲ ἡ τῷ Λιβάνῳ, καὶ τῷ Ἀντιλιβάνῳ ἀφωρισμένη. Antiochia ergo illa Ἀντιόχεια Συρῶν, Stephano Antiochiaque Syriæ in nummis, totius nempe Syriæ Metropolis, & caput Straboni & Tacito,[d] Antiochia libera Plinio quouſque

[a] Strab. l. 16.

[b] d. l. c. 21

[c] Polybius lib. 5.

[d] Tacitus lib. 2. Hiſtor.

quod si legitimum censeretur, liceret vtique. Nec mirum in seditiosa vrbe collegia damnari [a], quæ seditionum nutriculas Cæsar nominauit [b], eaque ratione ab ipso cohibita narrat Dionysius [c], sed tandem priuilegium illud quòd lege sua accepit (vt accentus in τὸ *quod* positus in Florentinis Pandectis pro ratione fuisse demonstrat) durare constitit. Pulchra hæc fateor, sed quæ altius inquirenda non expediunt, quæ enim lex in Antiochia, quæ iure coloniæ ἀυτονομίαν amisisse constat, & si ad veræ antiquæque Geographiæ stateram ista expendamus quid Antiochia κοίλης συρίας cum Antiochia Syriæ metropoli, quas modo confundere ratio vetat, ni ἀγεωγραφησίαν Themidi Protomystæ liberi, imò sacrilegi impingamus; scimus etenim veteribus Geographis Antiochiam, Seleuciamque in ea Syriæ parte positam, quæ Seleucis dicta ab vrbe in ipsa ora, vbi desinente ab Austro Phœnice rursus incipit Syria, ac demum Septentrionem versus Ciliciæ, Amanoque monti iungitur; hic Antiochena Syria, ipsaque intus Antiochia, & qua Orontes fluuius maria subit Seleucia.

a L. cum Senatus 20. de reb. dub

b Plinius in Orat. ad Cæsar.

c Dionys. Halic. l. 4. Vide Gusac. 2. obs. cap. 30.

cia.

cia. Ἡ δὲ Σελευκὶς (ait Strabo[a]) ἀρίστη μέν ἐστι τῶν λεχθεισῶν μερίδων καλεῖται δὲ τετράπολις καὶ ἔστι κατὰ τὰς ἐξεχούσας ἐν αὐτῇ πόλεις ἐπεὶ πλείους γέ εἰσι, μέγισται δὲ τέτταρες Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, καὶ Σελεύκεια, ἡ ἐν Πιερίᾳ, καὶ Ἀπάμεια δὲ καὶ Λαοδίκεια. Ast Cœle-Syria interiora occupat, quæ à Strabone Libano, Antilibanoque montibus clauditur, aut latius, si Plinio[b] credimus, non interiacente valle, quo aduersus Antilibanus ostenditur, Marsyamque appellat Polybius;[c] sed introrsus Decapolitanam regionem, Tetrarchias XVII. Chalcidenam, Cyrristicamque regiones continet Amphipolim vsque in Euphratis ripa olim Tampsacum antiquo ponte nobile, imò vltra Seleucidem tota illa regio Ægyptum, Arabiamque vsque extensa Cœlesyria (sed improprie) cognominata ἅπασα μὲν οὖν ὑπὲρ τῆς Σελευκίδος ὡς ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, καὶ τὴν Ἀραβίαν ἀνίσχουσα χώρα Κοιλησυρία καλεῖται ἰδίως δὲ ἡ τῷ Λιβάνῳ, καὶ τῷ Ἀντιλιβάνῳ ἀφωρισμένη. Antiochia ergo illa Ἀντιόχεια Σύρων, Stephano Antiochiaque Syriæ in nummis, totius nempe Syriæ Metropolis, & caput Straboni & Tacito,[d] Antiochia libera Plinio quousque

a Strab. l. 16.

b d. l. c. 21

c Polybius lib. 5.

d Tacitus lib. 2. Histor.

à M. Aurel. Antonino colonia ſacta ſaluis tributis, tandemque à Seuero, quod à Nigri partibus ſtetiſſet ſeruituti addicta, Laodiceniſque adiudicata, quæ mox priſtino iuri reſtituta, neſcio quid ſimile paſſa ſub Theodoſio, de quo Chryſoſtomus & Libanius,[a] aſt ignobilior iſta κοίλης Συρίας ciuitas, quam in Cœleſyriæ latius ſic dictæ, Arabiæque confinio collocat Stephanus nuſquam (quod ſciamus) coloniæ ius adepta, aut de Seuero malè merita, non eſt quod ipſi aut priuilegia adempta imputemus, aut legem illam velut nouum, inſolenſque coloniæ ius miremur. Vnde nouè fortaſſis & verè Antiochiam iſtam municipium fuiſſe, quod proprijs legibus vteretur, cenſeam; ſed quæ ratio dubitandi, aut quæ verbi *durare* proprietas? Dices, depromam probamque ſi ſenſus, aut iudicium, demonſtrabo. Scriptum enim Papiniani reſponſum poſt Antonini reſcriptum[b] illud, quo ciuitatibus priuilegium in bonis debitoris denegatum (vt Papiniani æuo creditricis Reipublicæ priuilegia controuerſa,[c]) vnde de priuilegio illo, quod Antiochenſium Reſpublica habuit in bonis debitoris, ſerio

a Chryſoſt. xvii. de ſtatuis Libanius, orat. de ſedit. Antioch.

b l. 2. C. de iur. Reipub.

c l. 38. D. de reb. auct. iud. poſſid. §. 1.

riò dubitatum, an poſt reſcriptum duraſſet quòd lege ſua retineret; ſed poſt principale reſcriptum Municipij legi quidni derogatum? ex Vlpiano [a] regeres, cùm poſt Antonini reſcriptum nullam Rempublicam ſimile priuilegium habere, niſi quæ id à Principe impetrauerit, Marcianus ſcribat [b]; ſed ſi attentius à Papiniano quæſitum examinemus, non illud vtique fuit, vtrum lex illa Reipublicæ conſiſtat, ſed vtrum priuilegiũ tacitæ hypothecæ, quod lege ſua quondam in bonis debitoris (peculiari enim caſui reſpondiſſe facilè credas, ſi verbum *defuncti* expenderis) accepit, poſt Antonini reſcriptum duraret, & durare conſtitit, priuilegium enim, quod lege ſua in bonis debitoris ritè acceperat, non vtique reſcripto abrogatum, aut ſimplicius fortaſſeque verius nil aliud à Papiniano quæſitum (vt ſæpè ſæpius reſponſa de rebus iamdiu in iure cognitis conſulentibus reddita,) quàm vtrum debitore defuncto ius perſequendi pignoris, quod ipſo viuente acceperat (nec enim ſolum in defuncti bonis exercitum credam cum Cuiacio) Antiochenſium ciuitati du-

a l. 3. §. Diuus de ſepul. violat.

b d. l. ſimile D. ad Municipal.

raret, durareque Papinianus respondet ex regulis iure cognitis, quibus *pigno is persecutionem* (vt loquitur Vlpianus [a]) *in rem parere actionem iudicandum*, cuius vim non nihil infringi in fisci, nedum Reipublicę debitore, scimus apud Paulum [b]; quod & libri Basilicῶn expressere, Α᾽ντιόχεια ἡ τῆς κοίλης Συρίας προνόμιον ἔχει ἵνα εἰ ἀποθανῃ χρεώστης αὐτῆς (nec aliter in bonis viuentis statuendum, sed de hoc modò quæsitum) ἐνέχυρα λάβῃ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτοῦ. Audi modo Papinianum, videbis verum me vidisse *Antiochensium Cœlesyriæ ciuitati, quòd lege sua priuilegium in bonis defuncti debitoris accepit, ius persequendi pignoris durare constitit*. Hæc, ne diutius diuagemur, Antiochensium lex, quæ nihilo magis liberos Antiochenses euincit, quàm leges illæ aliæ Municipales [c], quas sub Cæsaribus obseruatas diximus, dummodo ius commune non læderent, vt de legibus Rhodiorum disertè cautum, cùm & illud indulgeri etiam deuictis captisque populis solitum, vt suis legibus circa priuatas res vterentur, quales Apamæa Bythiniæ, & in Ponto Amisenorum ciuitas apud Plinium [d]. Ast quæ de liber-

tate

a l. 17. D. de Pignor.

b l. 49. D. de iur. fisci;

c de quibus l. 5. de iur. immunit. l. 3. §. Diuus de sepulchro Viol.

d l. 1 epist. 84. 88. 111. & 115.

tate ex Plinio, Hiſtoriciſque adduximus in opportuniorem reiecimus locum, vt vna eademque opera innumera veterum Auctorum teſtimonia in lucem, ſenſumque redigamus.

Caput II.

SYNOPSIS.

1. Αὐτοδικία quid & αὐτοδοκεῖν. 2. Non modo δικαστικὴν potestatem, sed βουλευτικὴν continet. 3. Ea in Republica apud populum in Monarchia apud Principem. 4. Βουλευτικὴ non propriè ad Magistratus. Aristoteles rectè captus. 5. Consilia publica & συνέδρεια populis deuictis aliquando relicta. 6. Consultatio de bello ac pace nusquam permissa. 7. Nec liberis quandoque populis qui inæquali fœdere coierant. 8. Subditi Magistratibus Romanis parebant. Strabonis locus illustratus. 9. Eadem Magistratuum nomina subiectis. 10. Liciarcha qui aduersus Pancirolum. 11. Φυλάρχοι sub Romanis & Δεχαρχίαι. 12. Iudæorum αὐτοδικία. 13. Athenis socij ius petebant. 14. Non apud Polemarchum, sed apud populum. Xenophon expensus. 15. Romanorum iudicia inter socios ex Strabone. 16. Proculo lux datur.

Re-


REVOCAT nos promissæ tractationis series (quę nec quò ducit res, sinit abire, vt populorũ αὐτονομίαν egressi, ad αὐτοδικίαν sine lapsu, aut flexu procedamus. Αὐτοδικίαν ergo, propriaq; iuris dictione, vti voco, non solùm proprijs vti Magistratibus (cùm enim αὐτοδικεῖν pro sibimet ius dicere capiamus (aliquando etenim pro eo quod est per seipsum iudicare, ponitur, vt αὐτομαχεῖν per seipsum litigare in tractatu de euictionibus [a]) quod αὐτοδικεῖν apud Thucydidem [b], & ex Dinarcho [c], sit αὐτι τῶν ἑαυτῶν τὰ δίκαια δείζειν, proprios habere Magistratus potius pro αὐτοδικίας parte censendum: ij enim sunt per quos Respublica iurisdictionem suam exercet) sed propria illa generali iurisdictione vti, qua sibi iustum decernere, liberè, & ad suum præscriptum quidlibet statuere, & latissimè vt apud Senecam [d]: *Quæ ruant vrbes, quæ oriantur, mea iurisdictio est*, vt non modo δικαστικὴν, seu iudicialem potestatem, sed βουλευτικὴν, & consultatricem comprehendat [e], quæ in Monarchia apud Principem, in populari statu apud po- 1 2

a Vide ex Thucydidis Scholiaste Mausa acũ. in Harpocratione.
b Thucy. did. l. 5.
c in orat. κατὰ Κλεομέδοντος.
d l. 1. de clementia.
e Arist. l. 4. Polit. cap. 4

populum reſidet,) ſi barbarum illum Cyclopum excipias apud Homerum, vbi τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι οὔτε θέμιστες.) eamque nos propriam, & à ſe habitam iuriſdictionem dicimus αὐτοδικίαν felicius, vt omnia, Græci: in populari namque & libera Republica hæc poteſtas apud populum reſidet; hincq; ad poteſtates vel Magiſtratus emanat, qui quantumuis libera plenaque poteſtate vtantur, aliena (populi ſcilicet) vtuntur, non quidem à populo abdicata (vt in Monarchia fatendum) ſed in ipſo adhuc populo permanente. Exemplo ſint Spartanorum Ephori, Romanorum Conſules, ac demum in ſingulis ciuita-
3 tibus, qui πρώτην ἀρχὴν exercent, quorum etſi liberrima poteſtas, vicaria tamen, & aliena: hi enim ſunt, per quos Reſpublica iubet, damnat, decernit, aliter ac in Monarchico ſtatu, vbi poteſtas illa à populo abdicata apud Principem manet, non vt aliena, ſed vt propria: non enim ipſe Magiſtratus, aut poteſtas aliquid maius, & excelſius à Principe poſtulatur. Hæc ergo iuriſdictio, quæ (vt diximus) in libero populo reſidet, vel ad communium rerum

con-

consultationem pertinet, in quibus pacis, & foederum consultatio, quæ βυλευτικὴ potestas, aut ad iudicia exercenda, & δικαστικὴ, quæ vel ab ipso populo immediatè, vel à Magistratibus vice populi iudicantibus peraguntur. Ea enim pars quæ circa consultationem versatur, non propriè ad Magistratus pertinet (etsi pro Reipublicæ moribus, legibusque Magistratuum potestatem extendi, aut coërceri non dubitem) nec quod apud Aristotelem [a], Magistratibus βυλεύσαι datum dicitur, de publicorum consiliorum participatione capies: vnde illum Bodinus [b] reprehendit. Sed quòd ijs de quibusdam consulere datum, scilicet quæ ad eius officium, curamue pertinet, vt rectè censet Osualdus [c]: proprium enim & primarium Magistratus officium est lites discernere, iudicare, & iubere; sic apud Aristotelem βυλεύσαι τε περὶ τινῶν, καὶ κρίναι, καὶ ἐπιτάξαι, καὶ μάλιστα τοῦτο. Sed abstineo, Politicum hic non ago, imo ἱστορικῶς liberi populi conditionem, & αὐτοδικίαν persequar. Et primùm quoad publicarum rerum consultationem, quæ non nisi publico peracta consilio

[a] lib. 4 politic. c. 15.

4

[b] Bodin. l. 3. de Repub. cap. 2.

[c] Osuald. lib. 17. comment. Donelli cap 7. lit. N.

silio

ſilio ſolùm apud liberos populos fuiſſe ſatis docent Hiſtoriæ Romanæ exempla, quæ expugnatis, ſubditiſq; ciuitatibus conſilium ademptum indicant, Liuius [a] de Capua, quam ſub Romanis ſine conſilio publico ſine imperio fuiſſe refert. Vnde Tullius [b]: *Maiores noſtri Capuæ Magiſtratus, Senatus, conſilium commune, omnia denique inſignia Reipublicæ ſuſtulerunt.* In tota deniq; Græcia συνέδρια (ait Pauſanias [c]) τε κατ' ἔθνος· τὸ ἑκάστων Ἀχαιῶν, καὶ τὸ ἐν φωκεῦσιν ἢ βοιωτοῖς ἢ ἑτέρωθί που τῆς Ἑλλάδος κατελέλυτο ὁμοίως πάντα, ἔτεσι δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον ἐτράποντο ἐς ἔλεον Ῥωμαῖοι τῆς Ἑλλάδος, καὶ συνέδριά τε κατ' ἔθνος ἀποδιδόασιν ἑκάστοις τὰ ἀρχαῖα, pro quo illuſtrando, ſimulque more Romanorum exponendo, notandum antiquos illos conuentus, aut concilia, quibus in libertate Prouinciarum publica negotia agebantur (καὶ συμφρονήσαντες κροτωνιᾶται Συβαρῖται Καυλωνιᾶται πρῶτον μὲν ἀπέδειξαν ΔΙΟϹ ΟΜΟΡΙΟΥ κοινὸν ἱερὸν καὶ τόπον ἐν ᾧ τάς τε συνόδους, καὶ τὰ διαβούλια συνετέλουν. ait Polybius [d].) adhuc ſub imperio quibuſdam prouincijs relictum, vt quaſi ſub vmbra, & nomine libertatis viuerent. Vnde Imperatorum reſcripta in Pande-

a lib. 20.
b lib. 1. contra Rullum.
c in Achaicum.
d Polybius l. 2. Hiſt.

dectis [a]: Κοινῷ τῶν Τεσσαλῶν, τῶν Θρᾳκῶν, τῆς Ἀσίας, τῶν ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων. Siciliæ Ciceroni, & Ouidio, *Gentis commune Pelasgæ*: κοινὴ τῶν Γαλατῶν Straboni [b], ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ in nummo Caracallæ, vbi frustra Scaliger [c] ἴδια κοινὰ Θρηκῶν inuenit cum vnum differtè legamus, fefellit sanè ΑΛΕΞΑΝΔΡΙ. ΑΙΝ. ΦΙΛΙΠΠΟ. mentio cum scitius commune sit vnum quod populi illi vt ΠΥΘΙΑ celebrarent, componebant, ceu, vt verius suspicor vrbibus his Thracū commune, quod longius patuit ludos exhibebat, nec minori lapsu in Romana inscriptione [d] Ε' ΚΟΙ Ν Α, ΑCΙΑC. quinque Asiæ communia inquirenda relinquit, cum quinquennalia communia Asiæ ludrica signentur, quemadmodum Ε'ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑ. in eadem inscriptione. In qua etiam non leui hallucinatione offendit, erant enim vt πεντετηρικὰ maiora παναθήναια, πεντετηρικὰ κοινὰ Ἀσίας, quæ commune nimirum Asiæ peragebat, quod ΚΟΙΝΟΝ ΑCΙΑC. in numismatis & Antonini rescripto, quæ ad Asiarchæ curam pertinuisse iam diu notum, fuere namque vniuscuiusque gentis Asiæ, diuersa ludicra, quemadmo-

[a] l. 37. de iudicijs. l. 5. §. 1. ff. ad l. Iuliam de vi publica. l. 6. §. 2. de excusat. tutor. l. 1. §. 2. l. 25. ff. de appellat.

5

[b] Strabo lib. 5.

[c] Scalig. de emendat. temp. lib. 5.

[d] in Ædibus Farnesianis.

admodum [a] Δωρίεων Ἀγὼν ἐν Τριόπῳ, & quæ in Smyrna Σμυρναῖοι ἰώνων ἄγουσιν, Pergameni similiter & Ephesij [b], sed fuisse ludicrum commune ex inscriptione constat, & quinquennale quemadmodum πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν in Neapoli [c], Chrysantinum in Sardibus, sed ludicra hæc nec lubet commorari.

Nec temerè credam consilia illa in prouincijs sub Imperatoribus seruata, & quorum I. C. meminere [d] horum publicorum consiliorum succedanea libertatis quasi speciem præferre Theophilus [e] consilium esse ait, συνέδριον φανερῶν ἀνδρῶν, κατὰ ῥητὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ χρόνον συνιστάμενον. Ἐγίνετο δὲ τοῦτο τὸ Κονσίλιον οὐ μόνον ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, in quo consilio priuatorum causæ examinatæ, qualis illa manumissionis. Ast vmbram libertatis tantùm, nudumque nomen retinebant: nec enim ijs quemadmodum in libertate pristina consilio in publicis rebus vti licebat inscio Romano

6 Magistratu, & vt singula exponamus, illa inprimis consultatio, quæ de bello ac pace fiebat apud liberum populum modò fuisse nil moror, quem & ad populi ἐλευθερίαν pertinere Dionysius [f] est au-

a Scholiastes Theocriti Idil. 17.
b Halic. l. 4. Dio l. 54.
c Strabo l. 5 Geograph. l. pen. D. de ann. legat.
d Vlp. Inst. tt. 1. l. 27. ff. de Manum. testamento, & passim tt. de Ma. vindict.
e Theoph. in 6. ead. int. qui. & cau. manum. non licet.
f Dionys. Halic. l. 4.

author: Sic florescente Romanorum Repub. belli indicendi potestas apud populum, *latum inde ad populum vellent, iuberent Cartaginensi bellum indici* ait Liuius [a]: & alibi de bello Antiochi, *P. Cornelius Consul cum M. Acilio vellent iuberentne cum Antiocho Rege, quique sectas eius secuti essent bellum indici* imò & Senatum [b], *sed & Prætor nouo maloque exemplo rem ingressus erat, quod ante non consulto Senatu, non Consulibus certioribus factis de sua vnius sententia rogationem ferret, vellent iuberentne Rhodijs bellum indici, cùm antea prius Senatus de bello consultus esset*. Quod ius Senatui tandem restitutum gratulatur Claudianus Stiliconi.

Quod non ante fretis exercitus adstitit vltor
Ordine, quàm prisco censeret bella Senatus.

Sub Cæsaribus namque non nisi Cæsare iubente bellum geri, aut καταλόγους ποιεῖσθαι licebat [c], quo nomine in exilium missus Capito, quod militem armasset inscio Imperatore [d], vt & Plato [e] olim lege interdixerat, ἐὰν τις ἰδίᾳ ποιῆται πρός τινας εἰρήνην ἢ πόλεμον ἄνευ τοῦ κοινοῦ, θάνατος ἔστω ζημία. Vnde subditis populis nefas per se bellum indicere, imò excipere [f] Liuius. *Æqui Latinum agrum inuaserant, Oratores*

a lib. 21.

b Liuius lib. 36.

c Dio l. 53 l. 3. ff ad l. viol. ma. iest. l. vnic. vt vi arm. inst. Princip interd.

d Dio l. 57

e Plato lib. 12. de legib.

f Liuius l. 2

tores Latinorum à Senatu petebant vt aut mitterent ſubſidium, aut ſeipſos tuendorum finium cauſa capere arma ſinerent: tutius viſum eſt defendi inermes Latinos, quàm pati retractare arma.

7 Aliquando etiam liberis populis, qui inæquali fœdere in Populi Romani amicitiam venerant hæc poteſtas coërcita; ita in Lyciaco illo conuentu, ſeu συςήματι, quod Lyciæ vrbes arctiſſimo fœdere coniunctæ componebant περὶ πολέμου, καὶ εἰρήνης, καὶ συμμαχίας ἐβουλεύοντο πρότερον. Aſt ea poteſtas à Romanis adempta, & ἐπὶ τοῖς Ῥωμαίοις ταῦτ᾽ ἀνάγκη κεῖσθαι πλὴν, εἰ ἐκείνων ἐπιτρεψάντων [a] eadem in Carthaginenſi fœdere conditio, quæ adeo plenam libertatem minuere cenſetur, vt ex hoc tempore Καρχηδόνιοι Ῥωμαίοις ὑπήκοον ἔγνωσαν dixeret Appianus; & vt in re fortaſſis publici ſaporis nil immoremur, circa δικαστικὴν poteſtatem, iudiciorumque exercendorum ius, quæ proprius, & in ſpecie αὐτοδικία idem ferè iudicium ac nota, libero ſcilicet, ſolùm populo

8 ſupereſſe; & illud ſeruitutis apud Romanos ciuile (vt ita dixerim) ſtigma, miſſis, nempe, Præfectis, & Magiſtratibus parere ἣν δὲ ἔχουσιν αὐτοὶ (ait Strabo [b] de

[a] Strabo lib. 14.

[b] lib. 17.

de prouincijs imperio ſubditis) καλέσαντες ἐπαρχίαν, καὶ πέμπουσιν ἡγεμόνας, καὶ φορολόγους, & de Maſſilia[a] eo vſque libera καὶ τὴν αὐτονομίαν ἐφύλαξαν ἣν ἐξ ἀρχῆς εἶχεν ἡ πόλις ὥς τε μὴ ὑπακούειν τῶν εἰς τὴν ὑπαρχίαν πεμπομένων στρατηγῶν μήτε αὐτὴν μήτε τοὺς ὑπηκόους. Vnde in tranſitu locum eiuſdem Strabonis[b] aperiam, qui de Nemauſo, in Arecomicis Narbonenſis Galliæ ad Rhodanum, cui ius Latij datum, ἔχουσαν (ait) καὶ τὸ καλούμενον Λατεῖον, ac deinde διὰ δὲ τοῦτο, οὐδ' ὑπὸ τοῖς προστάγμασι (ſic cum Caſaubono legam) τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης στρατηγῶν ἐστὶ τὸ ἔθνος τοῦτο, quod diſertius Xilandro vertam: *ſed ob hoc mandatis Præfectorum Romanorum non audit*, quod nec Oedipus ſolues, ni priſcæ quæſtionis memineris, quæ apud Ciceronem[c]: *Num fundos igitur arbitramur factos populos Latinos, aut ſeruilia lege, aut cæteris; quibus Latinis hominibus erat propoſitum aliqua ex re præmium ciuitatis?* quam in Nemauſo, Strabo dijudicat: licet enim ei ius Latij datum, ciuitaſque propoſita his, qui Magiſtratum ibidem geſſiſſent (quemadmodum Latinis ius fuiſſe docet Appianus de Nouocomienſibus[d], vbi ἂν ὅσοι κατ' ἔτος

a lib 3.

b lib. 4.

c pro Balbo.

d lib 2. Ἐμφυλ.

ἦρχον ἐγίγνοντο Ῥωμαίων πολῖται. τὸ δὲ γὰρ ἰσχύει τὸ λάτειον; & in Arecomicis Strabo, ὥστε τοὺς ἀξιωθέντας ἀγορανομίας καὶ ταμιείας ἐν Νεμαύσῳ Ῥωμαίους ὑπάρχειν. Ob hoc tamen non fundos, aut ſubditos factos populos, aut Præfectis Romanis paruiſſe docet. Iuriſdictio ergo in liberam omninò ciuitatem vſurpata nunquam, *omitto* (ait Cicero [a]) *iuriſdictionem in liberam ciuitatem contra leges, & Senatus conſulta:* ac deinde, *Emiſti grandi pecunia, vt tibi de pecuniјs creditis ius in liberos populos contra Senatus conſulta, & contra legem generi*

9 *tui dicere liceret*. Aſt vt in his populis, prouinciјſque, qui vmbram quandam libertatis retinerent, conſilij publici ſpecimen relictum, ita, & quibuſdam proprium, patriјſque Magiſtratuum nominibus vti datum, ſed nominibus, & vt in ſimili re cautè Tacitus eadem Magiſtratuum vocabula; & vt Apameam Bithyniæ, Bithyniorumque Magiſtratuum, Senatumque mittam, Sinopemque ſub Perſis [b]. Exemplo ſint perſonatorum horum Magiſtratuum qui Ægypto iam in prouinciam redacta antiquum nomen retinuere, τῶν δὲ ἐπιχωρίων ἀρχόντων κατὰ πόλιν μὲν ὅτε ἐξηγητής ἐστι πορ-

a in Piſon.

b Plin. lib. 10. epiſt. 56 84. 93. & 94. Appian. in Mithridat. vide Grot. de iure belli lib. 3. cap. 15. in Annot

φύραν ἀμπεχόμενος, καὶ ἔχων πατρίους τιμάς, καὶ ἐπιμέλειαν τῶν τῇ πόλει χρησίμων, καὶ ὁ ὑπομνηματογράφος, καὶ Ἀρχιδικαστής τέταρτος δὲ ὁ νυκτέρινος στρατηγός [a], adde Νυμάρχας καὶ ἐθνάρχας eiusdem Prouinciæ; huius notæ,& numeri Lyciarcham fuisse censebam, præeunte Pancyrolo [b], qui in pristina libertate Lyciæ præerat; ast in prouinciam redacta, non nisi nomen, ludorumque curam retinuisse suspicatur [c] cum Sacerdotij munere. Sed adhuc quæro, nec licet sistere in vera coniectura, cum τὸ *Lyciarcha* acri Cuiacij iudicio expunctum ex d. l. 1. & *Alytarcha* repositum: quid enim Lycia ad Comitem Orientis? rectiusq (si verum amamus) sono nominis deceptos interpretes dixerim inter Alytarcham, & Asiarcham, Bythiniarcham, Cappadociarcham, similiaque prouincialium Sacerdotum nomina [d] Lyciarcham posuisse, qui olim Lyciæ Præfectus nunquam (quod sciam) Sacerdotium, ludorumue curam gessit. Nec audio Pancirolum, qui Strabonem obtrudit; legi quidem Græcè, sed Latinè loquentem, nec verbum quidem hiscere de cura, aut Sacerdotio, imò Tiberij,

10

[a] Strabo lib 17.

[b] in Noti. cap. 305.

[c] lib. 1. C. de offic. Comit. Orient.

[d] l. Athletæ §. 1. ff. de excusat. tutor.

ſuoque æuo diſertè illos in libertate fuiſſe, Præfectum, ac cœteros Magiſtratus creaſſe indicat, ὁμοίως δὲ καὶ δικασταὶ, καὶ Ἄρχοντες ἀνάλογον τῇ ψήφοις ἐξ ἑκάστης προχειρίζονται πόλεως· οὕτω δὲ εὐνομουμένοις αὐτοῖς συνέβη παρὰ Ῥωμαίοις ἐλευθέροις διατελέσαι, quod ad Claudium vſque perduraſſe Suetonius [a] teſtis, *Lycijs ob exitiabiles inter ſe diſcordias libertatem ademit*. Sed vt minores iſtos Magiſtratus perſequi deſinam, prouincias quaſdam imperio ſubiectas Regibus traditas ſcimus, quales Iudæa Comagena, Arabiaque Ituræorum, quæ pro Imperatorum nutu Reges modo accepere, modo in prouinciæ formam redactæ [b], quaſdam verò peculiari, propriaque gubernationis forma quaſi in libertate relictas vt illæ, quas à φυλάρχοις ſuis gubernari Strabo [c] docet εἰσὶ δὲ καὶ δυνάσται τινές, καὶ φύλαρχοι, καὶ ἱερεῖς ὑπ' αὐτοῖς, *ſunt etiam ſub eis Reguli, & Philarchæ, & Sacerdotes*; nec enim bene Xilander, qui φυλάρχους, vbiq; Regulos reddit (annotante Caſaubono:) nec enim Reguli, ſed Præfecti cuiuſque ἔθνους in quas Arabes diſtributi, ipſaſque φύλας vocant, vt ex hiſtorijs ſatis, ipſoque Strabone [d] notum: ſed ſi inquirimus

a in Claudio cap. 5.

b Tacitus lib. 2. Annal. Sueton. in Veſpaſ. cap. 8. Dio lib. 59.

c Strabo lib. 17.

d lib. 13.

II

mus

mus curiosiùs quinam φύλαρχοι isti qui sub Romanis Tiberij æuo fuissent, non illos apud Scenitas Arabes fuisse necessariò fatendum: nec enim ij sub Romanis, qui eam solùm Arabiæ partem tenuere, quæ Petræa ex Metropoli cognominatur: ast Scenitas illos in libertate fuisse, eorumque aliquos Romani nominis studiosos, alios Parthis magis adhærescere Strabo refert, è quorum numero Sampsiceramus, Iamblichusque filius, de quo Cicero [a]. *Eodem die ab Iamblicho Phylarcho Arabum, quem homines opinantur benè sentire, amicumque esse Reipub. nostræ litteræ de ijsdem rebus mihi redditæ sunt.* Credam ergo potiùs Assyriorum Φυλάρχους eos esse, quorum pars maxima ab Euphrate Babyloniam vsque Romanis paruit; quæ gens in tribus etiam distributa, quemadmodum de Osroenæ (quæ & Adiabena) prouinciæ Φυλάρχῳ Suidas [b]: Φυλάρχης, ὁ δυνάστης ξυμβάλλει τῷ Τραιανῷ περὶ Ἀκβάρου. ὃς ἦν ὀσροηνῆς χώρας δυνάστης οὕσπερ φυλάρχας ὀνομάζουσιν ἐκεῖνοι, ὅτι καὶ τὰ χωρία αὐτῶν φυλὰς ὀνομάζονται. Nec sileam Adiabenicam iam inde à Romanis subactam sub proprio fuisse Archonte Tiberij æuo qui

[a] in epist. ad Coss.

[b] in voce φυλάρχης

non Princeps, vt Xilander vertit (in quo non semel hallucinari visus) sed Præfectus Magistratus, aut Φύλαρχος censendus. Simile priscæ Politiæ vestigium apud δεκαρχίας illas [a], quas non alias sub Imperatoribus fuisse coniectamur, quàm à Lycurgo institutas in Lacedæmone (aut si quæ aliæ Lacedæmoniorum exemplo huius regiminis formam seruarunt [b].) quæ etiam illo sæculo (vt omnis ferè Laconicæ Reipub. status) permanserant. Ἀναλαβόντες δὲ σφᾶς (ait Strabo) ἐτιμήθησαν διαφερόντως, καὶ ἔμειναν ἐλεύθεροι πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδέν [c]. Peculiari ergo, propriaq; gubernationis forma, & velut in confinio libertatis populos istos vixisse dicas, sed neutiquam plena libertate vti frui, speciosa imò compede vinctos Romanum agrum coluisse serio iudicandum, quemadmodum prouinciæ illæ, quæ Regibus plerumque traditæ, vt Comagena, Iudæa, & Ituræorum Arabia, quorum Reges, etsi sociorum nomine in honore habiti, Romanique ijs non tam ἡγέμονες & πρόμαχοι, quàm σύμμαχοι viderentur, precario tamen regno vtentes in plerisque Romanis obse-

a Strabo lib. 17.

b Suidas, & Harpocration in voce δεκάρχαι.

c Strabo lib. 8.

ſequerentur, ſed & Iudæorum imperio penitus extincto quale poſt Archelaum 12
manſiſſe teſtes Ioſephus & Euſebius [a] iuriſdictionem iſtam adhuc permanſiſſe conſtat ex ſacra hiſtoria [b], in qua Ἄρχοντες, ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, γερουσία τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ Synedri vocantur, nec non minores Magiſtratus, qui στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ, Prætores ſcilicet, ſeu Magiſtratus templi dicuntur; ſed vtrum (vt de ſubiectis omninò prouincijs diſſeruimus) inane Magiſtratuum nomen retinerent, quæſtionis eſt, ijſque ius gladij ademptum ex Ioannis [c] verbis colligitur, quibus illi excipiunt, non licere ſibi interficere quemquam: nec enim ea ratione dictum, quaſi religione impediti ſanguine ſe polluere noluiſſent, vt quidam cenſuere, quos meritò refellit Bodinus [d], ſed quaſi nullum ſibi ius gladij ſupereſſet, ſignificarent. Sed cùm aliter ex Adulteræ hiſtoria Pauli & Iacobi liceat diſſerere [e], ſoluam me iudicatu iſto Chryſoſtomi verbis [f]: τἀλλαχοῦ δὲ τοῖς ἰδίοις κεχρημένοι νόμοις καὶ τοὺς παρ' αὐτοῖς ἁμαρτάνοντας κατὰ τὰ πάτρια κολάζοντες νόμιμα. Hinc non vnam, ſed multiplicem ſerui-

a Ioſeph. lib. 17. antiq. c. 10. 13. & 15. Euſebius lib. 1. hiſt. cap. 9.
b Lucæ 23. 13. & 35. Act. 4. 8. Luc. 24. Marc. 15. Luc. 22. Act. 5. 21. Luc. 22. 52
c Ioan. 18.
d Bodin. l. 1 de repub. 6. n. 54. Cl. lib. 17. comment. Donel. cap. 7. litt. R.
e Ioan. 8. 1. Act. 23. 27. Ioſeph. ant. 20. 8. Vid. Cornel Bertrams de Repub. Hebr. c. 13.
f Chryſoſt. lib. de eleemoſ.

tutis conditionem in subiectis populis cognoscere licet, libertatemque alijs seuerius ademptam, alios benignius habitos leges modò, modò Magistratus retinuisse; vt eos etiam è prouincia euocare non liceret quemadmodum de Cyprijs Cicero [a]; sed num in liberos omninò populos, qui æquali, seu inæquali fœdere in amicitiam venere aliquam iurisdictionem exercere liceat lis est, quę pro libertate populorum iudicanda esset (αὐτοδικίαν namque lædi quis dubitet?) ni Atheniensium exempla contrarium euincerent; socios etenim Athenis ius petijsse clarum ex Xenophonte [b]: Δοκεῖ δὲ ὁ δῆμος Ἀθηναίων, καὶ ἐν τῷδε κακῶς βουλεύεσθαι ὅτι τοὺς συμμάχους ἀναγκάζουσι πλεῖν ἐπὶ δίκας Ἀθήναζε, quod ipsis à Lacedæmonijs obiectum refert Isocrates [c], huiusque nauigationis meminit Aristophanes [d] ad Munychionem mensem peregrinum in ius vocans.

Καλοῦμαι Πεισθέταιρον ὕβρεως
Ἐς τὸν Μουνυχιῶνα μῆνα.

vbi Scholiastes τῷ γὰρ Μουνυχιῶνι μηνὶ τοῦ ἔαρος δικάζονται αἱ πρὸς τοὺς ξένους δίκαι. maria enim Elaphebolione mense à Dionysijs aperiebantur: Theophrastus καὶ

τὴν

a lib. 5. ad Attic. ep. 21.

13

b de Repub. Athenien.

c in Panegyrico.

d Aristoph. in auibus.

τὴν ϖάλαιαν ἐκ Διονυσίων πλώϊμον εἶναι Elaphebolionemq; excipiebat Munychion, quo aperto maris socijs commoda nauigatio Athenas, vt ius sibi redderetur [a]. Nec ipsis Polemarchum ius dixisse Sigonio credam, qui etsi inquilinis, & ijs quos Græci ἰσοτελεῖς vocant ius dixerit, quemadmodum apud Romanos Peregrinus Prætor, sociorum tamen causas non apud ipsum, aliumue Magistratum, sed apud populum in publica concione dictas Xenophon auctor γινώσκων (ait de vnoquoque sociorum) ὅτι δεῖ μὲν ἀφικόμενον ἀθήναζε δίκην δοῦναι, καὶ λαβεῖν (quod actionem intendere & excipere significat, vt simili locutione Ælianus [b]; δίκας τε δοῦναι καὶ λαβεῖν εὗρον πρῶτοι, quod Athenis apud Magistratum fiebat) οὐκ ἐν ἄλλοις τισὶν, ἀλλ' ἐν τῷ δήμῳ ὥς ἐστι δὴ νόμος, qui postea à Thesmothetis in iudicium introducti Pollux: οἱ Θεσμοθέται τὰ σύμβολα τὰ πρὸς τὰς πόλεις κυροῦσι, καὶ δίκας τὰς ἀπὸ συμβόλων εἰσάγουσι, vbi causæ demum peragebantur, vt statim apud Xenophontem: Καὶ ἀντιβολῆσαι ἀναγκάζεται ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ εἰσιόντος του ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρός. Hanc itaque iurisdictionem apud Romanos nusquam vsurpatam

[a] Vide Petitum ad ll. Atticas l. 6. tt. 4.

[b] Ælian. ποικίλης ἱστορ.

tam

tam certo certius est: nec enim leges,
aut Senatus consulta patiebantur; nec
Proculus suadet dum ait[a], *& fiunt apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis, & in eos damnatos animaduertimus*. Omissa namque
controuersiarum distinctione, quæ
apud Grotium[b], in qua & illud verissimum iudico aliquando inter socios, sociorumque subditos iudicium ab eo qui
in fœdere superior esset, redditum (quod
Grotius abnuit) sed volentibus, imò
14 petentibus illis factum credam, vt mihi
locus indicat Strabonis[c] qui de Caunis
agens, eos cùm à Rhodijs defecissent
Romanorum iudicio receptos ait:
Ἀπέστησαν δέ ποτε Καύνιοι τῶν Ῥοδίων· κριθέντες δὲ ἐπὶ τῶν Ῥωμαίων ἀπελήφθησαν πάλιν[d],
alioquin vt conuictionalis apud Æduos
disserebat, *liberos se, & imperio natos meminerint, cur potius Aedui de suo iure*
15 *& de legibus apud Cæsarem disceptaturi, quàm Romani ad Æduos veniant*[e]. Ast Proculus nil aliud suadet quàm socios
propter delictum forum Romæ sortiri,
eòque in eos damnatos animaduerti:
habet namque Præses interdum imperium, & aduersus extraneos homines si quid manu commiserit: nam & in mandatis Principum est

vt

a in nostra lege non dubito, §. vlt. ff de Raptu.

b lib. 1. de iur. belli cap. 3.

c Strabo lib. 14.

d Strabo lib. 14.

e Cæs. de bell. Gall. lib. 7.

vt curet is qui prouinciæ præest malis hominibus prouinciam purgare, nec distinguitur vnde sint, vt verba Pauli[a] habent, nec fœdere impediuntur, quo αὐτοδικίαν conseruari ius est, quominus id faciant, quæ ratio dubitandi non obscura apud Proculum, qui cùm libertatem seriò populis fœderatis remanere asserat, id veluti de libertate delibatum innuit, quod rei fiant apud Romanos, non quod libera ijs adimatur iurisdictio, sed quia malis hominibus Prouinciam purgare interest, nec distinguendum vnde sint, aliter namque non sine iusta ratione quæreretur reus, quemadmodum apud Liuium[b] Magius Campanus ab Annibale vinctus. Nec tandem vlla Populi Romani iurisdictio in socios, quos cautè sine lictoribus Romani Magistratus inuisebant[c].

a l. 3. ff. de offic. Præsidis.

b Liuius lib. 43.

c Suet. in Calig. c. 3.

Ca-

Caput III.

SYNOPSIS.

1. Αὐτοτέλεια *quid?* 2. *Variè accepta* τέλος & τέλη. 3. *Erasmi errores ex Leopardo.* 4. *Interpretis Demosthenis lapsus.* 4. Ἰσοτελεῖς *qui?* *Pollucis locus restitutus.* 6. *Vectigales prouinciæ.* 7. Ἀτέλεια & αὐτοτέλεια *distinguuntur.* 8. *Strabo de Iliensibus, & Plinius luce donati.* 9. *Ijdem in Biturigum gente.* 10. *Athenienses socijs tributa indixere.* 11. Ἑλληνοταμίαι *quæstores.* 12. *Socij Athenas tributum deferebant. Aristophanis locus.* 13. *Rhodiorum aurum coronarium.* 14. *Victis plerumque stipendium impositum.* 15. *Romanæ historiæ exempla.* 16. Μοψεέστιας *libertas ex Romano lapide.*

1 YTONOMIAN, & αὐτοδικίαν populorum excipit αὐτοτέλεια, quam leuiter describimus *proprijs vectigalibus viuere*: αὐτοτέλεια etenim & αὐτοτελεῖς variè capiuntur, modo pro suis Magistratibus vti, modo pro absoluto imperio, ac potestate, quæ varietas ex verbo τέλος καὶ τέλη, quod perfe-

ctum

ctum modò, modò vectigal, aut Magistratum significat. Hinc summa, rerum apud Strabonem perfectumque imperium, αὐτοτέλη dictum, vt apud Polybium αὐτοτελεῖς δυνάμεις perfectæ vires, seu copiæ, & quæ alterius non egent auxilio αὐτοτέλη δίκη apud Suidam. Vnde apud Aristotelem[a] αὐτοτελεῖς actiones contemplantis, quæ nullius indigent auxilio non πράξεις ἐξωτερικαὶ aut μεταβαίνουσαι quales politicæ, sed ἐμμένουσαι, quæ in comtemplante manent, & perficiuntur, aliter cùm ex verbo τέλη, 2
vt vectigal significat componitur, ex quo ἀτέλης, id est immunis, fit, ὑποτέλης vectigalis, ἰσοτελεῖς eiusdem tributi participes: ex qua significationum varietate innumeri apud interpretes errores sunt, è quibus Erasmi duos Leopardus[b] recenset, qui in Apophtegmate Phauorini ex Philostrato verso οἱ ἐν τέλει Ἀθηναῖοι 3
interpretatur vectigales Athenienses, cùm sermo de ijs esset qui aliquo Magistratu, officioue fungerentur, eodemq; verbo lapsus in Libanij quadam declamatione: sed tertium ex penu addam Vlpianoque Rhetori adscribam[c], qui ἰσοτελεῖς Magistratus participes interpre- 4
tatur:

a lib. 7. politic.

b Leop. l. 1. emend. c. 5

c Vlp. 12. enarr. Demost. orat. contra Leptin.

tatur: Ἰσοτελεῖς (ait) μὲν λέγει τοὺς ξένους, τοὺς τετυχηκότας τῆς ἴσης τιμῆς τοῖς πολίταις ex eo quod τέλος τῶν ἀρχόντων τιμὴν significet, cùm illud solum ἰσοτελέσι denegatum esset, Ammonius πάντα δὲ ἔχων τὰ αὐτὰ τοῖς πολίταις πλὴν τοῦ ἄρχειν (quemadmodum Municipes olim apud Romanos) potiusque de eiusdem vectigalis participe capiendum, vt apud Pollucem [a]. Sed ne errorem ex errore serere videamus, non multum fido, haud fidendum interpreti Pollucis, qui ἰσοτελὴς *immunis, & tributorum expers* interpretatur illo loco ὁ τῆς αὐτῆς ἀτελείας τυχὼν ἰσοτελής: non enim immunis, & absolutè ἀτελὴς, sed tantum μετοικίου ἀτελὴς, & vt idem Pollux, καὶ ἰσοτελὴς, καὶ ἰσοπολίτης, ἰσότιμος, καὶ ὁμότιμος, καὶ μετοικίου ἀφειμένος, sed totus ille Pollucis locus (si quid iudicij) corruptus, & in iuris Attici studiosorum gratiam restituam & distinguam ἡ πρυτανεύουσα φυλὴ ἀτελής· καὶ ὁ τῆς αὐτῆς ἀτελείας τυχὼν ἰσοτελὴς οὐ μετοίκιον τελεῖ, vt sensus sit, Tribus quæ imperat ἀτελὴς & immunis dicitur; & quicunque simili immunitate fruitur; ἔστι δὲ (vt quod sit πρυτανεία φυλὴ aperiam ex Harpocratione) ἀριθμὸς ἡμερῶν ἡ πρυτανεία ἢ τοι τριάκοντα ἓξ ἢ τριά-

κον-

[a] Pollux lib. 5. c. 15.

κοντα πέντε καὶ ἑκάστη φυλὴ πρυτανεύει [a]. Ἰσοτελὴς verò tributum μετοίκιον non ſoluit: is enim non omnimodè ἀτελὴς, ſed cum reliquis μετοικοῖς non cenſetur, vt docent Iſæus & Demoſthenes apud Harpocrationem: nam aliquid ærario ſoluebant, idem nimirum ac ciues. Heſychius ἰσοτελεῖς μέτοικοι ἴσα τοῖς ἀστοῖς τέλη διδόντες. Sed quo ὀνοματώδης iſta prolixa digreſſio οὐσιώδη ex præſcripto leuiter tradituro, ſenſim relapſum fateor, redeam, & in limite ſiſtam tractationis. Αὐτοτέλεια ergo, libertatis fulcrum, nullaque alia præcipua magis ſeruitutis, ſubiectioniſque nota, quam vectigalis, tributique impoſitio; hincque ſubiectæ prouinciæ vectigales dictæ, & ſub tributo, ἄρχουσα ἐν χώραις ἐγενήθη εἰς φόρον canebat ille Θρηνῶν Vates [b], ex eoque captas ſtatim prouincias Magiſtratus, Quæſtoreſque adibant, vt de Bœtica noſtra Strabo [c]: Πέμπεται στρατηγὸς ἐπ' αὐτὴν ἔχων ταμίαν τε καὶ πρεσβευτήν, Proconſulem nempe pro Tiberij æuo cũ Queſtore & Legato, queres ipſas ὑποτελεῖς denotat. Sed vt rem clarius explicemus, illud in primis ſtatuendum, 7
aliud omninò eſſe libertatem, aliud immunitatem retinere, ne ἀτέλειαν cum

αὐ-

[a] Vid. & ex Ammon. Scalig. de emendat. temp. lib. 1.

6

[b] Ierem. c. 1 Repetitur in Concil. Later. cap. 4. de immun. Eccleſ.

[c] Strabo l. 3. Dio lib. 53. l. 1. §. 2. de offic quæſt.

αὐτοτέλεια, aut ἐλευθερία confundamus, vt immerito Pithæus [a], etsi aliquando ἐλευθερίαν pro ἀτέλεια, libertatemque pro immunitate disertè legimus; ita apud Strabonem, qui de Iliensibus χώραν τε δὴ προσένειμεν αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἀλειτουργησίαν αὐτοῖς συνεφύλαξε, καὶ μέχρι νῦν συμμένουσιν ἐν τού-
8 τοις· *Itaque agrum ijs Cæsar dedit, & libertatem, & operarum immunitatem eis seruauit, qua conditione etiam nunc manent*. Quæ libertas, seu ἐλευθερία de immunitate capienda, quam Ilienses à Romanis sunt consequuti facta pace cum Antiocho decreto decem legatorum, vt Liuius [b] author; epistolamque Græcè scriptam Senatus, Populique Romani Suetonius commemorat, Seleuco Regi societatem, amicitiamque ita demum pollicentis, si consanguineos suos ab omni onere immunes præstitisset [c]: ac demum Claudius immunitatem concessam, sed publicanorum improbitate motam fortè (vt cum Lipsio conijciam) stabiliuit ac firmauit, & vt omni publico munere soluerentur, sanxit [d], vt demum hæc omnia, repetitamque Iliensium immunitatem firmat Callistratus [e]: *Iliensibus*

(ait)

a In collat. leg. Mosaic. tit. 14.

b Liuius lib. 38.

c Suet. in Claudio cap. 25.

d Tacit lib. 12. Annal. Lipsius in not.

e l. 17. ff. de excusat. tut.

(ait) *& propter inclytam nobilitatem, & propter coniunctionem originis Romanæ iam antiquitus, & Senatusconsultis, & constitutionibus Principum plenissima immunitas tributa est, vt etiam tutelæ excusationem habeant.* Vnde apud Plinium [a] *Ilium immune*. Ἐλευθερία ergo καὶ ἀλειτουργησία apud Strabonem nihil aliud significat, quàm tributorum, munerumque personalium immunitas, quæ ἀτελείας etiam verbo plerumque venit, vt apud Calistratum [b], ἀφαιρείσθω τὴν τοιούτων ἀτέλεια, pro eo quod ipsa [c] ἀνεῖσθαι τῶν λειτουργιῶν dixerat. Nec aliter ἐλευθερίας verbum seu libertatis, in veteribus nummis & inscriptionibus sæpesæpius accipiendum iudicem, cùm colonijs tribuitur, quas immunes vtique beneficio factas credam; non verò αὐτονομίαν habuisse, quod cum earũ conditione pugnaret, μετέλαβον δὲ οἱ πρὸς τὴν ἀποικίαν ἐλθόντες τὴν τάξιν τῶν νόμων ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς τότε κατοικοῦσι ait de colonijs Aristoteles [d], vt inferiùs de coloniarum iure differemus; vnde & in cœteris populis, quibus vera libertas concessa ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους esse cautè additum. E contrario etiam apud Strabonem [e] ipsum ἀτέλεια pro ἐλευθερία po-

[a] Plin. lib. 5 cap. 30.
[b] l. 5. §. 6. de immunit.
[c] in §. 5. eiusdem legis.
[d] Arist. lib. 2. Polit.
[e] Strabo lib. 4.

situm in eo loco vbi Bituriges Viuiscos Gallicam inter Aquitanos gentem describit: Μόνον γὰρ δὴ τὸ τῶν Βιτουρίγων τούτων ἔθνος ἐν τοῖς Ακουιτανοῖς ἀλλόφυλον, ἵδρυται καὶ οὐ συντελεῖ αὐτοῖς· *Sola namq; (ait) horum Biturigum gens inter Aquitanos aduena sedet, & tributum, vt illi, non confert*. Quæ ἀτέλεια libertas dicitur apud Plinium [a]: *Bituriges liberi cognomine Viuisci*, quem locum à Gelenio corruptum restituit Vinetus [b], cuius sententiam probat Casaubonus. Liberi ergo populi socijque vtplurimum nihil Romanis pendebant præter operas sociales. Strabo de Lacedæmonijs; Ἔμειναν ἐλεύθεροι πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδέν. *Manserunt liberi, nihil conferentes præter operas sociales*. sic in Veteri apud Polybium fœdere ΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣ ΑΦΡΟΥΡΗΤΟΥΣ. ΑΦΟΡΟΛΟΓΗΤΟΥΣ. ΝΟΜΟΙΣ. ΧΡΩΜΕΝΟΥΣ. ΤΟΙΣ ΠΑΤΡΙΟΙΣ [c], vbi vt ΑΦΡΟΥΡΗΓΟΥΣ. Mittam eos nimirum qui hostium Præsidium non habent, & vt est in Chartaginensi fœdere ΦΡΟΥΡΙΟΝ. ΜΗ ΕΝΟΙΚΟΔΟΜΕΙΤΩΣΑΝ. ΕΝ ΤΗ ΛΑΤΙΝΗ [d], quæ omnimodæ libertatis nota, aut (vt verè dicam) fulcrum ΑΦΟΡΟΛΟΓΗΤΟΥΣ, hoc est tributi im-

a Plin. lib. 4 nat. hist. cap. 26.

b Vinetus in Ausonij Burdigala. Casaubon. lib. 4. Strabon.

c Polybius excerp. leg. 9.

d Polybius lib. 3. Hist.

immunes socios fuisse constat; & si verbum ex Suida, Polybio restituimus [a] ΑΣΤΑΘΜΕΥΤΟΥΣ. seu ΑΝΕΠΙΣΤΑΘΜΕΥΤΟΥΣ militariũ nempe stationum liberi σταθμὸν μὴ δεχομένους ἤτοι ἀγγαρείαν. Σταθμοὶ namque στρατιωτικαὶ καταλύσεις sunt, quomodo ἐπισταθμεία hospitium cum recipiendi necessitate apud Ciceronem [b], quod ἀτέλειαν non minimum lædit. nec ineptè Suidas eos, qui proprijs vterentur ponderibus intelligit ἢ σταθμὰ μὴ δεχομένους τουτέστι ζυγοστατουμένους notum hoc libertatis indicium vtpote subiectionis illud alienis vti ponderibus quod apud Polybium [c] signatum cum κοινωνίαν Achæorum describit νόμοις χρῆσθαι τοῖς αὐτοῖς, καὶ σταθμοῖς, καὶ μέτροις, καὶ νομίσμασι, ita & Romani in deuictas prouincias pondera sua misisse apud Gruterum in Libanum missum pondus (Phœniciam credam ad Libanum) suadet cum inscriptione LIBANIC. Ereptæ demum à socijs pecuniæ repetundarũ iudicium reddebatur, quæ ideo *Lex socialis* dicta [d]. Aliter apud Athenienses à quibus tributum socijs indictum ab Aristide primùm, 10
cujus causa Ἑλληνοταμίαι constituti, *
vt ex Suida & Harpocratione scitum; 11

[a] Suidas verbo ἀνεπισταθμεύτους Casaubon. in Polybij fragm.

[b] Cicero lib. 13 ad Atticum epist. vlt.

[c] Polyb. l. 2.

[d] Cic. in 3. Verr. & de diuinat.

παραλαβόντες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμονίαν ἑκόντων τῶν συμμάχων διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος, ἔταξαν ἅστε ἔδει παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον, καὶ ἃς ναῦς. Et apud Xenophontem [a], τῶν δὲ συμμάχων οἱ φέρουσι τὸν φόρον. Vnde apud Iſocratem [b], Καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν λυμαινόμεθα καὶ δασμολογοῦμεν. Ipſique liberalibus, ſiue Dionyſijs, aperto (vt monuimus) mari tributum Athenas importabant Scholiaſtes Ariſtophanis in equitibus ad hæc verba.

Οὐ γὰρ με καὶ νῦν διαβάλλει Κλέων, ὅτι
12 Ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω.

Εἶπε γὰρ δρᾶμα τοὺς Βαβυλωνίους, τῇ τῶν Διονυσίων ἑορτῇ, ἥ τις ἐν τῷ ἔαρι ἐπιτελεῖται, ἐν ᾧ ἔφερον τοὺς φόρους οἱ σύμμαχοι. Imo & ipſis Dionyſijs pecuniam ex tributis collectam in Orcheſtra diuiſam clamitat Iſocrates [c]: τὸ περιγινόμενον ἐκ τῶν φόρων ἀργύριον διελόντες κατὰ τάλαντα εἰς τὰς Ὀρχήστρας τοῖς Διονυσίοις ἐκφέρειν. Vnde Rhodij qui Græcis plerumque adhæſere, tributumque Principibus, ſeu ijs qui ἡγεμονίαν haberent, pendere ſoliti, Romanorum tandem ſocij atque adeo liberi annuam pecuniam ijs mittebant, quàm ſpecioſo nomine Coronarium vectigal, non vt

retro

[a] lib. 3. hiſt. Græc.
[b] Iſocr. de pace.
[c] de pace.

retro Principibus, ſed velut amicis ἐν
χάριτος λόγῳ, vt ipſorum vtar dialecto,
appellaſſe reperio apud Suidam & Ste-
phanum: Στεφανικὸν τέλεσμα παρὰ Ῥο-
δίοις οὕτως ἐκαλεῖτο· ἐπειδὲ αὐτόνομοι ἦσαν
οἱ Ῥόδιοι βραχὺ δέ τι μέρος ἐπὶ τιμῇ πέμ-
ποντες ἐτήσιον, ὡς οὐ φόρον ἡγεμόσι μᾶλλον ἢ
στέφανον φίλοις διδόντες· τοῦτο καὶ ἑλλενογα-
λάταις τοῖς Ἀγκυρανοῖς ἐπιχωριάζει τὸ λό-
γιον· στεφανικὸν γὰρ λέγουσι πᾶν τὸ ἐν χάρι-
τος λόγῳ διδόμενον. Ex qua coronarij 13
vectigalis appellatione, patriæque Gallo-
græcorum dialecto Auri Coronarij, ſeu,
vt Græci vocant στεφανικοῦ κανόνος deno-
minationem fluxiſſe non obſcurè conij-
citur, quod munus voluntarium eſſe
Diuus Iulianus reſcripſit [a], ſeu id ob
triumphi honorem (vt Gellius ait [b]) ſi-
ue indulgentiarum lætitia mitteretur.
Nec diſſimile tributum quod Romanos
Barbaris pendere conqueritur Saluia-
nus [c] muneris nomine: *Dicimus donum
eſſe, quod pretium eſt, & quidem pretium
conditionis duriſſimæ ac miſerrimæ: omnes
quippe captiui cùm ſemel redempti fuerint li-
bertate potiuntur, nos ſemper redimimur, &
nunquam liberi ſumus*. Hæc tamen omnia
in ſocietate æqualique fœdere dicta ſun-

[a] l. vnic. C. de auro coronario. l. diuerſarum l. ſeq. de auro coronario in Cod. Theod. l. penult. C. de Iudæis.
[b] Gell. l. 5. cap. 6. Seruius ad lib. 6. Æn.
[c] Saluian. lib. 4.

 to:

14 to: nam plerumque victis stipendium impositum non inficias ibimus, quod libertatem non vsquequaque tollit, imò rectè distincta hæc apud Cæsarem [a]: *Quibus Populus Rom. ignouisset, neque in prouinciam redegisset, neque stipendium imposuisset*. Hinc Bataui arma, virosque imperio ex fœdere ministrantes apud Tacitum [b]. Romani sub Iustiniano Persis annua tributa pendentes ex Procopio, quod munus etiam appellasse aut fœdus vt hominis inuidiam temperarent, ait Procopius, Ὕστερον μέν τοι τὸ ξυγκείμενον ἅπαν χρυσίον Ῥωμαῖοι Πέρσαις εὐθὺς ἔδοσαν, τοῦ μὴ δοκεῖν δασμοὺς ἀνὰ πᾶν ἔτος αὐτοῖς ἀποφέρειν, τὰ γὰρ αἰσχρὰ ὀνόματα οὐ τὰ πράγματα εἰώθασιν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον αἰσχύνεσθαι, subiungitq; ὄνομα τοῦ δασμοῦ τὰς σπονδὰς θέμενοι,

15 vt apud Synesium μισθὸν εἰρήνης. Arabesque ex fœdere sub Iustiniano Phinormete Romani Principis vultu vectigales nummos signantes in Zonara & Cedreno. Sed libertati modo non leuiter obrogari fatendum, (vt omninò vectigalis impositio.) *cùm non sine publicano vectigal exerceri possit, & vbi publicanus est, ibi aut ius publicum vanum, aut libertas socijs nulla* [c]. Liberum tandem populum nusquam melius

a Cæs. de bell. Gall. lib. 1.

b Tacit. l. 4. hist. Procop. Persic. 2. & Gothic. 4.

c Liuius lib. 45.

melius describam, quàm si in veteri Romano lapide ostendero.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ
::: ΟΥ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ. ΥΙΩ. ::: ΟΥ.
ΤΡΑΙΑΝΟΥ. ΠΑΡΘΙΚΟΥ. ΥΙΩΝΩ :::ΟΥ.
ΝΕΡΟΥΑ. ΕΚΓΟΝΩ. ΤΙΤΩ. ΑΙΛΙΩ.
ΑΔΡΙΑΝΩ.
ΑΝΤΟΝΙΝΩ. ΣΕΒΑCΤΩ. ΕΥCΕΒΕΙ.
ΑΡΧΙΕΡΕΙ. ΜΕΓΙCΤΩ. ΔΗΜΑΡΧΙΚΗC.
ΕΞΟΥCΙΑC.
ΤΟ. Ι. ΥΠΑΤΩ. ΤΟ. Γ. ΤΩ. ΕΥΕΡΓΕΤΗ.
ΚΑΙ.
ΣΟΤΕΡΙ. ΑΔΡΙΑΝΗΣ. ΜΟΨΟΥ ΕCΤΙΑC.
ΤΗC.
ΚΙΛΙΚΙΑC. ΙΕΡΑC. ΚΑΙ. ΕΛΕΥΘΕΡΑC.
ΚΑΙ. ΑCΥΛΟΥ.
ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΦΙΛΙΗC. ΚΑΙ.
ΣΥΜΜΑΧΟΥ.
ΡΟΜΑΙΩΝ. Η. ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Ο. ΔΗ-
ΜΟΣ ΔΙΑ. ΤΗC.
ΘΕΙΑC ΑΥΤΟΥ. ΔΙΚΑΙΟΔΟCΙΑC.
ΒΕΒΑΙΑ.
ΤΗΡΗCΑΝΤΟC. ΑΥΤΗ. ΤΑ. ΕΞ:ΑΡΧΗC.
ΔΙΚΑΙΑ.

Hæc Μόψυ ἑςία Straboni, Ptolomæo, & Stephano, Ciliciæ Vrbs quæ Mopsus li-

bera Plinio, ſed quod ἱέραν καὶ ἄσυλον oſtendit non modò Vrbis dignitati adſcribendum, ſed & ἀυτονομίας priuilegio, vtpotè ſacrarum legum pars Templorum ἀσυλία ita apud Lucianum ſupplex ad aras Neptuni παρά γε τουτονὶ ποσειδῶνος αὐτῷ τὸ σώζεσθαι καὶ τοῦ δὲ τοῦ βωμοῦ καὶ τῶν ἱερῶν νόμων; ſacræ namq; Vrbes, prouinciæue Deorum cuilibet Numini dicatæ [a] quemadmodum ἱερὰ Θήβη, ἱερὸς Ὀγχηστός Homero [b], Τροιζὴν ἱερὰ Straboni [c], eorum Numina proprio celebrique ritu coluere, ſic in Troica Chryſa Apollinis templum. Vnde velut Sacra Apollini cum Cilla ab Homero recenſetur.

a Polybius lib.1.cap.1.
b Hom. Iliad. θ.
c Strabo lib. 8.

Ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας
Κίλλαν τε ζαθέην

Ita & in nummis ΝΙΚΟΜΕΔΕΩΝ. ΤΗϹ. ΙΕΡΑϹ. ΚΑΙ. ΑϹΥΛΟΥ. ΣΕΛΕΥΚΕΝΩΝ. ΤΗϹ. ΙΕΡΑϹ. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΙΕΡΑ. ΣΥΓΚΛΗΤΟϹ. ΚΑΙ. ΕΛΕΥΘΕΡΑ. aliter enim & ſtrictè ſacri populi dicti, qui nec πράγματα cuiquam παρεῖχον, vt docuit Caſaubonus [d], nec à quoquam lædebantur; ita Elei Ioui ſacri alta in pace vixiſſe ait Strabo, τοῖς δ' ἱεροῖς νομισθεῖσι τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς καὶ καθ' ἀνδρῶν εἰρήνην ἄγουσι πολὺν χρόνον. Idem

d In Strabonem l. 8.

de

de Pisæis, φασί τε τοὺς Πισάτας μὴ μεταχεῖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου ἱεροὺς νομισθέντας τοῦ Διός, Thracumq; gentes illæ quas αἰνεφόδης τε διὰ τιμὴν καὶ μετ᾽ ἀδείας ζῆν ait, sed strictè sacri isti. Nec quidquam ad nostram Μόνου βρίαν quæ in ipso lapide σύμμαχος ostenditur; ast sacra illa asyliq; ius ciuitatibus relictum non minimum libertatis monumentum, ita mihi egregius Strabonis locus indicauit, cùm de Calauria vbi ἄσυλον ποσειδῶνος ἱερὸν, agit, ipsiq; licet in potestaté Macedonũ redactę ob Numinis reuerentiam asylum seruatum (& si libertatis insigne) itaut supplices, qui Calauriam confugissent inde auellere vererentur [a], οὕτω δ᾽ ἐπεκράτησεν ἡ τιμὴ τοῦ Θεοῦ τούτου παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὥς τε καὶ Μακεδόνες δυναστεύοντες ἤδη μέχρι δεῦρο ἐφυλαττόν πως τὴν ἀσυλίαν, καὶ τοὺς ἱκέτας ἀποσπᾶν ᾐδοῦντο τοὺς εἰς Καλαυρείαν καταφυγόντας, sed nil veriùs, quàm ἀσυλίαν istam libertatemque sub Principibus modò ademptam, modò auctam fuisse, audi iterum Strabonem de Dianæ Ephesiæ templo, cuius asylum variè habitum, & vltra Alexandri fines à Mithridate promotum, ab Antonio demum pomærijs auctum Cæsar cohibuit, ἄσυλον δὲ

[a] Strabo lib. 8.

a Strabo lib. 14.

δὲ μὲν τὸ ἱερὸν, καὶ νῦν, καὶ πρότερον· τὰ δὲ ἀσυλίας τοὺς ὅρους ἀλλαγῆναι συνέβη πολλάκις. Ἀλεξάνδρου μὲν ἐπὶ στάδιον ἐκτείναντος· Μιθριδάτου δὲ τὸ ξεῦμα ἀφιέντος ἀπὸ τῆς γωνίας τοῦ κεράμου, καὶ δόξαντος ὑπερβαλέσθαι μικρὰ τὸ στάδιον. Ἀντωνίου δὲ πλησιάσαντος τοῦτο καὶ συμπεριλαβόντος τῇ ἀσυλίᾳ μέρος τι τῆς πόλεως. ἐφάνη δὲ τοῦτο βλαβερὸν, καὶ ἐπὶ τοῖς κακούργοις ποιοῦν τὴν πόλιν ὥς τ' ἠκύρωσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ· Imò abstracti plerumque supplices reperies Victoris manu, ita Archias in Oeginæ asylo Ὑπερίδην μὲν (ait Plutarchus) τὸν ῥήτορα, καὶ Ἀριστόνικον τὸν Μαραθώνιον, καὶ τὸν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως ἀδελφὸν Ἱμεραῖον ἐν αἰγίνῃ καταφυγόντας ἐπὶ τὸ αἰάκιον ἀποσπάσας ἔπεμψεν εἰς κλεωνὰς πρὸς Ἀντίπατρον κἀκεῖ διεφθάρησαν, eoque præstantiùs Calauriæ Neptuni ἀσυλία habita, ex qua & Archias ipse Demosthenem vi abstrahere non est agressus, vt narrant Plutarchus & Pausanias. Hinc tandem Μόψου ἑστία seu Mopsi Vestam velis interpretari quemadmodum ex religione ποσειδωνία Τερίζην Ὀγχηστὸν ποσειδήϊον Vestæque templum fuisse conijcias, siue potiùs Mopsi aram cuilibet alij Numini dicatum (vt ἑστία est apud Xenophontem) siue

Plutarchus in Vit. Demosthen.

la-

larem vt voluit Xilander, queni & ἄσυ-λον fuisse notum ex Homero & Plutarcho, vnde ἱκέτην τῆς ἑστίας vxorem appellat, quoquò deniq; vertas religio est.

Caput IV.

SYNOPSIS.

1. *Libertas aut fœdere aut beneficio seruata.* 2. *Fœderis ineundi diuersi ritus.* 3. *Non nisi iussu Populi.* 4. *Æquum fœdus.* 5. *Amicitiæ & societatis differentia.* 6. Σύμμαχοι & ἐπίκουροι *qui? Ammonius notatus.* 7. *Socij & auxiliares. Vegetius vindicatus.* 8. *Minus æquum fœdus.* 9. *Libertatem non adimiere exemplo firmatum.* 10. *Clientelæ iura.* 11. *Atheniensium lex, &* ἀπροστασίου δίκη. 12. *Quid ab* ἀποστασίου *differat? Demosthenes restitutus.* 13. *Libertas non iusta apud Athenienses.* 14. *Suidas emendatus.* 15. *Iniquissimum fœdus.* 16. *Libertas beneficio seruata.* 17. *Pliniana lectio defensa.* 18. *Libertas populis sæpè adempta.* 19. *Ciuitatis communicatione & coloniæ iure.* 20. *Libertas alio sensu amissa, l. Si vsusfructus* 8. *de vsufructu legato expensa.* 21. *Amici sine fœdere ex Proculo, & Demosthene.* 21. *Cognatæ vrbes, &* συγγενεῖς. 23. Προξένια & ἰδιοξένια *explicantur.*

Li-

IBEROS tandem populos eos qui proprijs legibus iurisdictione, vectigalibusq; suis vterentur, descripsimus (dextra vtinam Pallade) sed libertatem istam apud socios aut fœdere seruatam, aut beneficio redditam ex Strabone cognoscere licet [a]; vnde apud Proculum, *liberi & fœderati populi*, ij scilicet qui non prorsùs iniquo fœdere in amicitiam recepti, libertatem retinuere; hincque fœderum nobis exponenda diuisio, quam extremis digitis attingemus, nè aliorum scripta repetere videamur: nec enim plagia ista, aut συνεμπτώσεις placent. Fœdera, ergo, quæ & pacta publica [b] solemni iurisiurandi ritu peracta, cuius formulam videre licet apud Liuium [c], qua superos, inferos, medioxumosque Deos quos ὐρανίυς, χθονίυς, & ὑποχθονίυς Græci vocant, ipsumque inprimis Iouem, vt quantò plùs potest, polletque, iniuriam rupti fœderis vlcisceretur, testes ac vindices adhibebant; vnde Virgil.lib. 12. Æneid.

1

a Strabo lib. 17.

2

b l. 5. ff. de pactis.

c Liuius l. 1. Fragmentum fœderis repertũ in Creta Insula apud Gruterum p. 503.

Audiet hæc genitor qui fœdera fulmine sancit.

Hæc ad communium Deorum aras fie-

ri Virgilius cecinit, siue eos intelligamus, qui πάντων Θεοὶ, quales ἀλλοπρόσαλλοι, aut ἑτεραλκέας Homero, siue communes vtrique parti, vt apud Tacitum; *redisse vos in corpus nomenque Germaniæ communibus Dijs, sed præcipuo Deorum Marti grates agimus*. Nec aliter sanè apud Græcos, quorum solemnia concipiendi fœderis ex Homero [a] disces, quibus eadem in ἀπίστους Iouis imprecatio.

a Iliad. 3.

Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων κύδιστε μέγιστε.

Ipsum namque rupta fœdera, spretamque iurisiurandi religionem fulmine vindicasse ex Aristophane & Luciano scitum: & vt sacrificia mittam, quibus apud omnes peræq; gentes sanciebantur [b], διὰ τριῶν (ait Suidas) ἐγίνοντο λόγων, ἔργων χειρῶν, vel ex ipsis sacris Hebræorum ritibus accepta, vt cæsis & porrectis hostiarum, quæ Græcis τόμια, ὅρκια & δικοτομήματα, fœdus illud inter Deum & Abrahamum sancitum [c]. Illud breuiter monemus non aliter fœdera rata esse, quàm si iussu populi, aut eius qui supremam potestatem habeat peragantur, quod apud Romanos ex Salustio & Seneca probat Grotius [d]. Apud Athenienses verò à Iudicibus ἐν τῷ δι-

b Suidas in voce συνθῆκαι.

3
c Genes. 8.

d Grot. l.2. c.15. §.3.

κα-

καστρείῳ priùs approbari lex est apud Demosthenem [a], ταῦτα δὲ κύρια ἐστω (loquitur de fœderibus) οὐκ ἐπειδὰν ἐν τῷ δικαστηρείῳ τῷ παρ' ὑμῖν κυρωθῇ, ὡς ὁ νόμος κελεύει, &c. Fœdera demum ista quatenus libertatem, de qua agimus, respiciunt, solùm ex eorum æquitate dimetienda, & quatenùs æqua fœdera, quatenus minus æqua, quatenus iniqua prorsùs libertatem tueantur, adimantue disserendum est. Ac primum æquo fœdere populi hi coire dicendi, siue hostes nunquam fuerint, seu inter eos bellum præcesserit, cum paribus legibus amicitia siue societas initur, vt apud Liuium [b] Menippus alter differebat, Virgil. 12. Æneid. 4

[a] Demosth. περὶ Ἀλοννήσου.

[b] Liuius lib. 34.

- - - paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes æterna in fœdera mittant.

Amicitiam, societatemque voco, ac distinguo, fœdera namque aut amicitiæ solùm causa fiunt, aut societatis; vt ea quidem in primis excludamus quæ arctioris vinculi causa & συμπολιτείας fiunt, quale Achaicum σύστημα fuisse Polybius refert, Τοιαύτην καὶ τηλικαύτην ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς ἔσχε προκοπὴν, καὶ συντέλειαν τοῦτο τὸ μέρος ὥστε μὴ μόνον συμμαχικὴν, καὶ

καὶ φιλικὴν κοινωνίαν γεγονέναι πραγμάτων περὶ αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ νόμοις χρῆσθαι τοῖς αὐτοῖς καὶ σταθμοῖς, καὶ μέτροις, καὶ νομίμασι. Πρὸς δὲ τούτοις ἄρχουσι βουλευταῖς, δικασταῖς τοῖς αὐτοῖς. καθόλου δὲ τούτῳ μόνῳ διαλλάττειν, τοῦ μὴ μιᾶς πόλεως διάθεσιν ἔχειν σχεδὸν τὴν σύμπασαν Πελοπόννησον τῷ μὴ τὸν αὐτὸν περίβολον ὑπάρχειν τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν. rectèque distinguit τὰς Αἰτωλοῖς οὐ μόνον συμμαχίδας ὑπαρχούσας ἀλλὰ καὶ συμπολιτευομένας πόλεις. Lyciacumque σύστημα Strabo describit, nec enim propriè fœderatæ vrbes dicendæ, quarum singulæ propriam πολιτείαν non habent, sed vnam sanè ciuitatem componunt, vnde in Concilio illo seu συνεδρίῳ non tantùm de rebus quæ ad communem sociorum rem tuendã spectabant, agebatur, sed de totius συστήματος Magistratibus, & iudicijs, quæ ad singulorum αὐτοδικίαν pertinent vt liquet ex Polybio & Strabone, vnde in veteri columna ἰσοπολιτείας Priansiorum, & Hieropotamiorum ΚΟΙΝΟΔΙΚΙΟΝ [a] rectè nominatur, quod & à Ciuitatis priuilegio (πολιτείαν Græci vocant) honorariè exteris concesso, rursus velim distinguas, aliud enim συμπολιτεία illa, qua plures ciuitates in vnam coëunt

[a] apud Grot. l. 1, cap. 3. §. 21 in not.

rem

rem publicam, aliud priuilegium exteris concessum, vt qui ex ijs in ciuitate fœderata censeretur ciuium iure gauderent, ita Campani apud Liuium [a], Romanis, & Atheniensibus Platæenses ex Demosthene, cuius priuilegij pars ἐπιγαμία fuit, aut connubium externis finitimis dare solitum [b], *altera lege connubium petimus, quod finitimis externis dari solet*, ait Liuius, ἐπιγαμίανque Byzantinis, Perinthijsque concessam narrat Demosthenes [c]. Amicitiæ tantùm causa facta solum ius naturæ reddere cum Grotio dicam, pacemque, ac tutum hospitium præferre φίλοι (vt describit Ammonius)
ἅπαντες οἱ τὰ τῆς φιλίας δίκαια πρὸς ἑαυτοὺς ἔχοντες; ast societas, quam συμμαχίαν Græci vocant bellica auxilia, eosdemque hostes & amicos habere continet, vt ex Thucydide Grotius, quæ in Augusti nummo ἐπὶ στρατίας ὁμόνοια περγαμηνῶν καὶ Ἐφεσίων. Ammonius in voce ἐπικοῦρος, vbi ex Homero differentiam obseruat inter συμμάχους, & ἐπικούρους, vt illi sint πολεμούντων socij (qualis in Cyri tessera Iuppiter apud Xenophon- 6
tem Ζεὺς σύμμαχος [d]) hi verò τῶν πολεμουμένων, quam & inter verba συμμαχεῖν,

5

a lib. 38.

b Liuius l. 4 Vlp. tit. 5

c de Corona.

d Xenoph. in Cyr. exped l. 2.

καὶ ἐπιμαχεῖν constituit, vt ἐπιμαχεῖν dicantur, qui τοὺς ἐπιόντας ἀμυνόνται μόνον. Vnde Thucydides [a] Κερκυραίους, καὶ Ἀθηναίους συμμαχίαν μὲν οὐ ποιήσασθαι, ἐπιμαχίαν δὲ [b], sed illa inter ἐπικούρους, καὶ συμμάχους, an ex vero, adhuc dubito? satis est signasse apud Xenophontem [c], tam Atheniensium socios qui Corinthum venissent ad gerendum bellum aduersus Thebanos συμμάχους στρατευομένων dici, quàm ij qui Thebanis opitularentur, καὶ ἐπεὶ, ἐπορεύοντο οἱ Θεβαῖοι, καὶ οἱ σύμμαχοι, & si religiosiùs ἐπίκουροι Homero solùm qui Troiā auxiliares venerant, dicantur,

Πολλοὶ γὰρ κατὰ ἄστυ μέγα Πριάμου ἐπίκουροι, [d]

ac deinceps

Ἔνθα τότε Τρῶές τε διέκριθεν ἠδ᾽ ἐπίκουροι.

Societas demum ista modo ea conditione inita, vt bello acquisita socij communicarent qualis Tyndarei & Icarij cum Thestio, quos pro illo pugnasse Apollodorus [e] author: Φεύγουσι πρὸς Θέστιον, καὶ συμμαχοῦσιν αὐτῷ. Straboque [f] ea lege pugnasse scribit, vt partem acquisitæ terræ obtinerent ἐπὶ μέρει, Regemque Garamantum similiter Tacitus [g] describit: *Erat ille prædarum receptor, sociusque populandi*. Modo se inuicem iu-

a Thucydid. lib. 1.

b Thucyd. lib. 1.

c Xenoph. lib. 7. hist. Græc.

d Iliad. B.

e Apoll. l. 1.

f Strabo lib. 10.

g Tacit. l. 4. Ann.

iuuare paciſcebantur, & auxilium ferre quod βοηθεῖν Græcis, aut βοηδρομεῖν; vnde βοηδρομία feſtum Athenis memoriæ Ionis, qui auxilium tulerat Athenienſibus ſub Erechthio ſacrum [a], aut ſolùm milites ex fœdere dare, Liuius [b]: *Hernium & Latini iuſſi milites dare ex fœdere, duæque partes ſociorum in exercitu, tertia ciuium fuit* [c], & plura apud Polybium; Thebanoſque apud Iſocratem [d] pedeſtres acies conferentes audimus. Θηβαίων δὲ μεγίστην εἰς τὸ πεζὸν συμβαλλομένων. Hinc auxiliares ſociorum copiæ
in caſtris Romanorum apud Vegetium, 7
bis, terque repetitæ, quem lib. 3. cap. 1. ſic ſcripſiſſe conijciam: *Illa tamen ratio eſt ſeruata, ne vnquam amplior multitudo ſociorum auxiliarium eſſet in caſtris, quàm ciuium Romanorum*. Nec placet cum Steuechio particulam diſiunctiuam ex membrana, aut veteri Colonienſi editione inſerere, vt *ſociorum, auxiliariumuè* legatur: auxilia enim è ſocijs diſertè negaret, cùm eo nomine non modò Latini cenſendi, ſed quicunque ex fœdere in Romanorum amicitiam, aut ſocietatem veniſſent, quos ſeu barbaros ex lingua, voceque craſſum quid, abſonum,

a Harpocrat. in βοηδρομία.
b Liuius l. 3
c lib. 6.
d Iſocr. de pace.

aut ſtridulum ſonante dicas (quales cœteros omnes, Græcos nominaſſe ex Strabone notum [a] : vnde Plauto barbarè non ſemel pro Romanè loqui, barbareq; aues apud Ariſtopanem, quæ vocem non norunt) ſeu exteros ex prouinciæ, regioniſue diuerſitate, amici, ſocijque nuncupandi? *Hæc verè pro documentis habenda, ne ita externis crederent auxilijs, vt non plùs ſui roboris, ſuarumque virium in caſtris haberent*, aiebat Liuius [b], ipſoſque ſocios barbaros, alienigenas, exteroſque nominaſſe non abnuam, Ξένοί τε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι οἷς τὸ τῶν Βαταούων ἀπὸ τῆς Βαταούας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσὶ, κεῖται, ait de Batauis Dio [c], ſocietate atque amicitia Romanis coniunctis. Et vt Steuechij exemplo vtar; Thracum gentes, quos auxilia Romanis ſæpe miſiſſe Tacitus author, ob eaque tandem negata motus & bellum *quod pati dilectus, & validiſſimum quemque militiæ noſtræ dare aſpernabantur, ne Regibus quidem parere niſi ex libidine ſoliti, aut ſi mitterent auxilia, ſuos ductores præferre*, amicitia & fœdere Romanis adhæſiſſe ex ipſo Tacito ſcitum [d]. Imò auxilia Vegetij æuo, non è Latinis ſubditiſue, qui

iam

a Strabo lib. 8.

b Liuius lib. 34.

c lib. 55. Cæſar de bell. Gall. lib. 4.

d Tacit. l. 4. hiſt.

iam æquè ciues Romani erant, sed è socijs exterisque efformata. Hinc fœderati milites Iustiniano [a], τῶν ἐν στρατείαις καταλεγομένων εἴτε στρατιῶται εἴτε φοιδεράτοι εἴτε σχολάριοι εἴτε ἄλλοι τινὲς ὑφ' ἑτέραν οἵαν οὖν στρατείαν ἔνοπλον καταλεγόμενοι. Hac ergo fœdera (quæ Græci συνθήκας vocant, aut si bellum præcesserit σπονδάς, quæ propriè, si Ammonio [b] credam εἰρήνην καὶ φιλίαν continent, non verò συμμαχίαν aut societatem) libertatem non modò nusquam lædere, sed ob mutuam præstationem φιλικῶν λειτουργιῶν stabilire potiùs censenda. De minus verò æquo fœdere, quod ex legum inæqualitate æstimandum, Græcique πρόσταγμα, aut ἐπίταγμα vocant, cùm quid scilicet inferiori populo imperatur legesque dicuntur non illæ quæ libertatem vsquaquaque adimant, sed quæ aut imminutionem imperij, aut superioris populi maiestatem, remque augeant, quorum exempla ex Liuio, Polybio, & Appiano inueniuntur apud Grotium, [c] quodque Poëtarum Princeps [d] *Pacis dicere leges* cecinit; difficilior quæstio esset, ni eam Proculus dirimeret, qui liberum ait populum esse, qui alterius potestati subie-

8

a l. fin. C. de locato Nou. 117.

b Ammon. In voce σπονδαι.

c lib. 2. c. 2. n. 2.

d lib. 2. Æneid.

ctus non eſt, ſiue is fœderatus eſt, ſiue non eſt (quæ verba per ἔκλειψιν, aut, ſine orationis vitio, per συνεκδοχὴν, vt Fabius docet) ſubticentur, vt ſunt frequentia apud Iuriſconſultos exempla [a]. Item ſiue æquo fœdere comprehenſum eſt, vt is populus alterius populi maieſtatem comiter conſeruaret: quam conditionem libertatem non adimere duobus exemplis Græco vno, alioque

9 Romano ex penu firmabo, Grotijque teſtimonijs addam: & inprimis Hyperidem, Hegeſippum ſiue Græcum alium Oratorem producam, cuius oratio περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν, Demoſtheni tribuitur (Libanio, Vlpianoque integram cauſam relego) qui populos, inquit, ſub maieſtate receptos ἐλευθέρους εἶναι, καὶ αὐτονόμους. Tacitum [b] deinde qui diſertè obſequium à ſeruitio ſeparat vbi de Thracum gentibus. *Miſere* (inquit) *legatos, amicitiam, obſequiumque memoraturos, & manſura hæc, ſi nullo nouo onere tentarentur; ſin vt victis ſeruitium indiceretur, eſſe ſibi ferrum, & iuuentutem, & promptum libertati, aut ad mortem animum.* Addam & tertium ex Vlpiano Rhetore [c] ἐσπείσατο γὰρ καὶ αὐτὸς (ait de Alexandro cum

[a] l. in bello 12. in pr. ver. in pace ff. hoc tit. l. vnic. §. 1. verſ. veluti ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Cuiac. l. 24. ob cap. 23.

[b] lib. 4. hiſt.

[c] in Demoſthenē περὶ στεφάνου.

Græcis pacifcente) πρὸς αὐτὸν αὐτονόμους εἶ(ναι), καὶ ἀφορολογήτους ὅμως μέντοι ὑπακούειν αὐτῷ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. Hæc ergo maieftas, imperiumue fuperioris in fœdere populi, quam ἡγεμονίαν vocant, feu πρωτεῖον, principatus fcilicet aut gubernatio, inferiori populo libertatem non adimit, quod nollem Heraldo [a] excidiffe, qui ex Halicarnaffeo [b] ἡγεμονίαν cum Imperio confundit, plenamque libertatem his populis adimit, qui alterius ductum fequerentur, fed veriùs apud Halicarnaffeum ἡγεμονίαν folam agnofces δίδους ταῦθ' ὑμῖν (ait Tarquinius) ἓν οἴομαι δεῖν ἀνθ' ὧν δίδωμι πάντων ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν τὴν ἡγεμονίαν τῆς πόλεως; & paulò poft, σύμβολα τῆς ἡγεμονίας [c]. nam *quemadmodum* (ait Proculus) *clientes noftros intelligimus liberos effe, etiamfi neque auctoritate, neque dignitate, neque viribus nobis pares fint; fic eos qui maieftatem noftram comiter conferuare debent, liberos effe intelligendum eft*. Quæ veteris clientelæ iura præferunt, patronorumque dignitatem, quæ apud Romanos modò publicè conceffa, prouincia nempe, aut ciuitate in fidem alicuius data, quales Siculorum, illi Marcellorum nomini addicti, Puteo-

[a] lib. 1. animad. c. 3.
[b] l. 3. Hift.
[c] plura apud Grot. lib. 1. c. 3. n. 21.

lani, qui Caium Cassium, Brutosque patronos adoptarunt [a], aut priuata cùm prouinciales, aut socij Pop. Rom. priuatim in Romanorum Procerum clientelam se darent [b] ex Romuli institutione, quos (vt Plutarchus ait [c]) Πάτρωνας ὀνομάζων ὅπερ ἐστὶ προστάτας ἐκείνους δὲ κλίεντας ὅπερ ἐστὶ πελάτας Atheniensium nimirum exemplo, vt refert Dionysius [d], apud quos μετοίκοις νέμειν προστάτην lege indi-
11 ctum, atque aduersus eos; qui Patronum non adoptassent ἀπροστασίου δίκη [e], vt & aduersus eos, qui μετοίκιον non soluisent; Pollux [f] μετὰ δὲ οὐ τιθέντων τὸ μετοίκιον, καὶ προστάτην μὴ νεμόντων ἀπροστασίου δίκην, quæ ab actione ἀποστασίου non modicè differt, quæ patronis aduersus libertos ingratos, eosue qui alium patronum adoptassent competebat [g], qua vocis similitudine corruptos, locos libet indicare, & Demostheni [h] inprimis diu suspicatus mendum istud subesse, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ ὄφλουσαν ἀποστασίου ἀπέδοτο· ἀποστα-
12 σίου etenim hoc est ingratitudinis, seu deserti patrocinij actione conuicti, non vtique vendebantur, sed in priorem seruitutem reuocabantur, καὶ τοὺς μὲν ἁλόντας, libertos scilicet, δεῖ δούλους εἶναι [i], vt tan-

a Cic. de diuinat. & in Verr. 5.
b Cic. Philipp. 2.
c Plutarch. in Romulo
d Halic. l. 1.
e Suidas & Harpocration in voce μέτοικος
f lib. 3. c. 5.
g Ammonius verbo ἀποστασίου.
h 1. contra Aristogitonem.
i Harpocration, Suidas Lysias πρὸς Ἀριστόδημον

tanti muneris impius æstimator ipsi domino pœnas lueret, quemadmodum apud Romanos post Claudij constitutionem, [a] qui delatores patrono submisisset: & iampridem qui libertatem non iustam consequebantur in seruitutem reuocari volente domino ius erat, vt ex Puteani fragmento probant Pitheus, & Lipsius: imò & in ipsis Atticis legibus quid simile libet suspicari, libertatemq; iustam seu perfectam fuisse aliam à simplici, siue iniusta libertate: nec enim lubricam generat suspicionem, quæ apud Harpocrationem de libertis in ἀποστασίου judicio, τοὺς δὲ νικήσαντας τελέως ἤδη ἐλευθέρους; Suidas, τοὺς δὲ νικήσαντας τελέως λοιπὸν ἐλευθέρους, & pro hac sibi iusta libertate vindicanda libertis etiam ἀποστασίου δίκη [b], nec temerè in palliatis Atticum moré expressũ credam cũ Messenio ille 13

Sed meliore opus auspicio liber perpetuò vt
fiem.

& Palæstrio:

Quæso vt memineris si forte liber esse occœperim.

Etsi Romanum ritum sapere non ad peruicaciam abnuam, ἐκ τῶν αὐτῶν τραγῳδία γίγνεται, καὶ κωμῳδία γραμμάτων, ait ve-

& Hyperides κατὰ Δημητρίας ἀποστασίου. Valerius lib. 2. c. 1. Petitus ad ll. Atticas tit. 6. a l. 5. ff. de iurepatron. Pitheus in not. ad collat. leg. Mosaic. tt. 9 Lips lib. 13. Annal. Tacit.

b Suidas verb. ἀποστασίου

vetus parœmia. Tandem ἀπροστασίου δίκη conuicti si ob non adoptatum patronum bonis exuebantur [a]: ast ob μετοίκιον non solutum ipsi vtique vendebantur Demosthenes [b], καὶ εἰ μὴ κεκόμιστο αὐτῇ τὸ μετοίκιον ἔτυχεν ἐπέπρατ᾽ ἂν διὰ τοῦτον, ὧν τῆς σωτηρίας αὕτη αἰτία ἐγεγόνει. Vnde Demosthenis verba illa leui mutatione legam, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ ὄφλουσαν ἀπροστασίου ἀπέδοσθε ob μετοίκιον scilicet non solutum. Deinde Suidam (quem alias in vocibus istis corruptum monuit interpres verbo ἀποστασίου & πολέμαρχος)

14 sanum reddam in voce πωλητὴς, maiori quidem vulnere laborantem is obnoxios πωληταῖς eos nimirum, quorum bona publicabantur enumerans, καὶ ὁ μέτοικος, καὶ προστάτην οὐκ ἔχων, καὶ ὁ ἀποστασίου γραφείς & inquilinus, & patronum non habens, & deserti patrocinij reus, quem locum emendatrice manu indigere viderint Tyresia cœciores. Inquilinus etenim ob hoc solum quod talis esset πωληταῖς neutiquam obnoxius, cùm isti solum ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ καὶ προθεσμίαν, καὶ μὴ ἀποδιδόντων ἐπὶ πρασικον τὰς οὐσίας: deinde ἀποστασίου conuicti liberti bona vendita fuisse nullus credam, sed po-

a Suidas in voce πωλητὴς.

b Demosth. I. contra Aristogitonem.

potiùs fortunas cum capite domino mancipatas. quare πολυσύνδετον illud ſoluam, legamque καὶ ὁ μέτοικος προστάτην οὐκ ἔχων, καὶ ἀπροστασίου γραφῆς, & inquilinus patronum non habens, & ἀπροστασίου ſiue non ſoluti μετοικίου reus: licet enim propria ἀπροστασίου notio hæc ſit, ὡς μὴ ἔχων προστάτην[a]: crebra tamen vocis vſurpatio pro actione μετοικίου non ſoluti eſt vt ex ipſo Suida & Polluce clarum; quos locos libens indicaui à Petito, Sigonioq; non ſatis animaduerſos. Sed ad fœdera tandem, pudeatque culpam toties deprecari, & è minus æquo fœdere ad iniquiſſimum tranſeamus. Deditionem nempe conditionatam ſub fœdere, quæ libertatem omninò adimit, ipſoſque deditos in ditionem alterius populi transfert Liuius[b]. *Theates Apuli impetrauerunt vt fœdus daretur, neque vt æquo tamen fœdere, ſed vt in ditionem Populi Rom. eſſent*, cuius deditionis innumera exempla referre, aut expendere nil opus, cùm populi iſti vndequaque ſubditi, nec veſtigium libertatis retinerent, præſidijs, imò hoſtium ſtatim occuparentur, καὶ ὅσα μὲν ἑκουσίως προσετίθετο τῶν πολισμάτων φρουρὰς ἐκαλνοχότας, ait de

[a] Ammonius in voce ἀπροστασίου.

[b] Liuius lib. 9.

de Phocensium oppidis Alexandro deditis Demosthenes[a]; quin fœdus istud de summo superioris imperio detrahat[b]. Sed modo his de fœderibus præhabitis, quibus libertas inferioribus etiam populis illibata remanebat, nisi demum (quod & in Romanæ politiæ arcano) in fida potentiorum amicitia euersum iret; ad eos populos queis beneficio seruatam, aut redditam apud Romanos

16 diximus, pergere liceat, & quos (vt ex Strabone nouimus ἠλευθέρωσαν αὐτοὶ καὶ τιμῶν, & vt vna opera quamplurimos veterum Authorum locos illustremus fidemque nostram pridem obstrictam soluamus, sciendum ex deuictis debellatisq; prouincijs populos beneficio Pop. Romani liberos redditos, imò integras interdum prouincias libertate donatas, quales olim Græciæ gentes ex Romani Senatus decreto[c] & vniuersa denique Græcia, sub Nerone, de quo Pausanias[d], ἐλεύθερον ὁ Νέρων τὴν Ἑλλάδα ἀφίησιν ἁπάντων ἀλλαγὴν πρὸς δῆμον ποιησάμενος τ῀ Ῥωμαίων. Σαρδὼ γὰρ τὴν νῆσον ἐς τὰ μάλιστα εὐδαίμονα ἀντὶ Ἑλλάδος σφίσιν ἀντέδωκεν. & antiquissimo tempore Senatus iudicio liberam fuisse Galliam sancitum testa-

a Demosth. de Corona.
b Grotius lib.1.cap.3.
c Polyb. excerpt. legat. 9. Liuius lib 33. Plutarch.in vita Flamin.
d Pausanias lib. 7.

ſtatur Cæſar [a]. Ex populis verò Cyzicum ciuitas in Propontide quam Ῥωμαῖοι δ' ἐτίμησαν καὶ ἔστιν ἐλευθέρα μέχρι νῦν [b]. In Meſſenijs Mothona cui libertatem Traianus conceſſit, Μοθωναίοις δὲ Βασιλεὺς μὲν Τραϊανὸς ἔδωκεν ἐλευθέρους ὄντας, ἐν αὐτονομίᾳ πολιτεύεσθαι, ait Pauſanias [c], innumeroſque apud Strabonem, Pliniumque reperies, qui in ſubiectis prouincijs inter liberos cenſerentur, vt in Hiſpania Plinio enumerati, qui eandem vtique libertatem retinebant, acſi eam fœdere vindicaſſent; nec immeritò Plinius ſeparat & diſtinguit populos libertate, fœdere, ac Latio donatos, eoſque notat *liberæ conditionis* fuiſſe, etſi ipſos cum his 17
qui Italico iure cenſerentur non rectè confundat Pithæus [d]: rectiùs enim iſta in populorum conditione diſtingues, *Libertatem*, *immunitatem*, *Italicum ius*. Vnde verba illa, *liberæ conditionis* duobus in locis pro *liberæ ciuitatis* reponit Cuiacius apud Plinium [e]. Sed nec τὸ *ciuitatis* omninò expungendum cenſeam, qui apud Plinium gentes modò in ciuitates diuiſas ſciam, quas vulgò *communitates* vocant, quæ ſingulæ plura continebant oppida, aut pauciora, prout amplæ aut exi-

a Cæſar l. 1. de bello Gallico.

b Strabo lib. 12.

c in Meſſeniis.

d Pithæus in notis ad collat. leg. Moſaic. tit. 14.

e Plin. l. 4. c. 2. Cuiacius lib. 10. obſ. c. 34.

exiguæ, vt ex Liuio, Cæſareque in Gallicis, Hiſpaniſque gentibus obſeruat Gelenius [a], *Oppidum Vediantiorum ciuitatis Cemelion*, ait Plinius [b], & quæ gentes in Gallia Straboni ἔθνη dictæ [c], Tacitus ciuitates vocat, *non Treueros modò & Æduos, ſed quatuor & ſexaginta Galliarum ciuitates*. Vnde vrbs Corcyra apud Plinium [d] *liberæ ciuitatis*, hoc eſt, vt vulgari loquar dialecto, liberæ communitatis, & Oppidum Caſſiope: tota enim illa Corcyrentium gens libera omninò, vt quæ in paroemiam abierit ἐλευθέρα Κόρκυρα: nec diſſimile de Plinij Aſtypalæa credā.

18 Tandem libertas hæc beneficio habita lubrica admodum, ſæpiuſque populis adempta, aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi ſeditione deliquerant, vt de Rhodijs Tacitus [e]: & quæ Græciæ libertas à Nerone conceſſa, ſub Veſpaſiano ſublata [f], Cyzicenique Strabonis æuo liberi, mox ab ipſo Tiberio in ſeruitutem redacti, obiecta incuria cœremoniarum Auguſti, vt Tacitus [g] auctor, nec vna ſerie Tiberium vſque libertatem retinuere: ſcimus enim ex Dione [h] ab Auguſto ob ciues Romanos flagris cæſos libertate multatos, ac

mox

a Gelenius in Plin. l. 3. c. 4.
b Plin d. lib. 3. c. 4.
c Strabo l. 4 Tacit. l. 3. annal.
d Plin. d. lib. c. 12.
e lib. 12. annal.
f Suet. in Veſpas. c. 8.
g Tacit. l. 4. annal.
h Dio l. 54.

mox restitutos; vnde illud Strabonis, καὶ ἐστὶ ἐλευθέρα μέχρι νῦν. Eadem improprietate accipiendum qua illa ἀφ᾽ ὧν αὐτόνομος διετέλεσε, cùm de Rhodo libera Tiberij æuo sermonem instituit, cui sæpè seruitus indicta, vt ex Tacito diximus; nec modò iniuria, seu ob delicti pœnam libertas populis adempta, sed beneficij quodammodo specie, plena nimirum ciuitatis communicatione, qua libertas illa, patriarumque legum vsus euersum ibat. Cicero [a], *cum socijs & Latinis lege Iulia ciuitas data est, magnam contentionem Heracliensium, & Neapolitanorum fuisse, cùm magna pars in ijs ciuitatibus iuris sui libertatem ciuitati anteferret.* Hinc Liuianum illud [b]: *Hernicis tribus populis Aretrinati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt quam ciuitatē, suæ leges redditæ*; & inferiùs: *cum quibus licuerit suas leges Romanæ ciuitati præoptauerunt*, & colonici iuris concessione: coloniarum etenim conditio præstantior à nonnullis existimabatur propter maiestatem Populi Rom. cuius effigies ipsæ & simulacra: ast de eorum errore Hadrianus [c] in oratione de Italicensibus disseruit, cùm legibus, moribusque suis vti desinerent, atque in magis

19

a Cic. in defens. Balbi.

b Liuius lib. 8.

c apud Agellium lib. 16. c. 13.

gis obnixam, minusque liberam conditionem deducerentur: quare Prænestinis maximopere id exposcentibus à Tiberio ex Colonia in Municipij statum redactis, Puteolanique iam olim ius coloniæ adepti, vt ex Liuio, Velleioque, & veteri lapide probat Lipsius [a], Ciceronis æuo in Municipij ius transijsse clarum: nec semel ius istud commutasse ex Frontino & Tacito nouimus. Hoc ergo libertatis adimendæ modo & iure, Antiochensibus libertatem, quam Plinij æuo viguisse vidimus ereptam nobis indicat Paulus lib. 2. de censibus [b]: *D. Antoninus Antiochenses colonos fecit saluis tributis*: quemadmodum Laodicea libera Plinio coloniæ ius obtinuit, teste Vlpiano [c], nec antea (etsi subacta, vt diximus, Syria) Antiochiæ αὐτονομίαν perijsse populo illi beneficio fortassis seruatam facilè credam: quemadmodum ipsa Laodicea, Seleuciaque liberæ, & sui iuris Plinio [d]. Ast impetrato iure Coloniæ, quod à D. Antonino concessum (siue ille Titus Antoninus Pius sit, qui & D. Antoninus dicitur [e], siue Marcus Aurelius Antoninus, Diuus Antoninus etiam ipse Paulo dictus: cùm enim

a Lips. ad lib. 14. ann. Taciti.

b l. 8. §. Diuus de censib.

c l. 1. §. est & Laodicea de censibus

d Plinius l. 6 cap. 28.

e l. acceptis ff. ad l. Falcid. l. facta. §. rescripto, ff. ad S.C. Trebellianum.

enim ſub Antonino Magno Caracalla hoc ſcripſiſſet [a], illorum cuilibet Apotheoſi iam inter Diuos relato tribuendum) libertatem vtrique amiſiſſe fatendum. Oſtendimus tandem liberos populos beneficio aut fœdere, quos Marſyę ſimulachro inſignitos, qui erecta manu nihil vrbi deeſſe teſtaretur, prodit Seruius [b], Liberi namque miniſter (qui libertatis vrbium Deus credebatur) libertatis & ipſe inſigne. Aſt ne mero cœcutiamus meridie, libertatem populis ſiue adimi, ſiue reſtitui alio ſenſu apud veteres Hiſtoricos dictum, monitum velim; ciuitatem nimirum Romanam, ant ciuitatis, ſiue μητροπόλεως ius ſignari, vt quod in Zonara, Dione, & Spartiano de adempta Antiochenis alijſque populis libertate legimus [c], quod non inſolens ciuitatibus ſupplicium, mediaque hæc capitis diminutio potiori iure ſubodoranda apud Caium [d], quam cum Ræuardo [e] prima illa veraque libertatis amiſſio, quæ liberis populis contingebat in Rom. Populi ditionem tranſeuntibus, præſertim cum de legato vſufructu agat Caius: liberis enim populis, & qui in ditione Romana nondum fuiſſent

[a] d. l. 8. §. 4 & 6. de cenſib.

[b] Seruius lib. 4. Æneid. adde de Marſyæ ſtatua. Senec. lib. 6 de Benef. Martial. l. 2. Epigr. Rodig. l. 24. cap. 12.

[c] Vide apud Fabrum l. 1 Sem cap. 8. & 9. vbi plura.

[d] l. an vſuſ-fr. 56. ff. de vſufruct.

[e] Ræuard. lib. 1. coniect. cap. 7.

legari, vtique ius non erat, ſed ijs ſolùm qui ciuitatem Romanam fuiſſent adepti, ciuiumque iura, inter quæ teſtamenti factio eſt, quales omnes populi, qui in orbe Romano poſt Antoninum, vt & in fideicommiſſarijs hæreditatibus S. C. Semproniano iuſſum indicat Paulus [a], & in legato Vlpiani fragmentum [b], ſi rectè à mendo vendicetur; *Ciuitatibus* (ait) *omnibus, quæ ſub imperio Prætoriani ſunt, legari poteſt*, & cum Gothofredus aliter, verèque legamus, *quæ ſub imperio Populi Romani*, ex notis illis, ſingularibuſque litteris errore nato, vt plerumque accidiſſe monuit Cuiacius [c], quos omnes Iuriſconſultorum locos iampridem Magnus ille Heſperiæ noſtræ decus [d] ex tripode reuelauit Ephebus ille adhuc, ſed

Οὐδ' ἀφαμαρτοεπὺς εἰ καὶ γένει ὕστερος ἦεν.

Vnde Antoninum vſque non omnibus vtique populis qui in orbe Romano fuiſſent legari poterat, ſed ijs tantum poſt Neruam, Hadrianumque, qui ciues Romani hæreditatem, legatumque capere poſſent, aut ſaltem latij ius, ſiue Italicum adepti fidei commiſſi capaces exiſterent, vt indicat Celſus [e], &, ſi non ca-

a l. 16. ff. ad S. C. Trebell.
b Vlp. t. 24. §. ciuitatibus.
c lib. 9. obſ. c. 17.
d D. Franciſcus Ramos del Mazano Salmanticæ Primarius. Mediolani Præſes, in extemporanea recitatione ad l. 8 ff. de vſufruct. legato, quam octodecennis candidatus auſpiciali profeſſionis die ex ſuggeſtu habuit.
e l. Balliſta 32. ff ad Trebell. iudic. l. 6. ff. de cenſib.

cauillari, ſed veteris municipiorum iuris liceat meminiſſe, Municipibus, quos propriè vetus cognouit latinitas, facilius ius capiendi datum credam, cùm ciues Romani fuiſſent, ſolumque ipſos incertitudinis vitium ab hæreditatibus, legatiſue excluderet, eoſque ad legatum vſusfructus admiſſos ſui deditione, aut coloniæ deductione capite minui, vſumfructumque amittere nullus dubitem.

Claudimus tandem proluſionis noſtræ riuos, qua libertatem fœderaque populorum deſcripſimus, liberoſque populos & fœderatos (de quibus noſter Proculus) produximus, qui fide amicitiaque Populi Rom. pollerent: ſed pro coronide adijciam liberos populos etſi plerumque fœdere Romanis adſtrictos, fœderatoſque amicorum nomine venire; aſt ſine fœdere quamplurimos populos amicitia Pop. Romani illuſtres fuiſſe; apud quos non modo fides illa iure naturali debita illibata manſiſſet, ſed ad amicorum officia, &, vt ſuprà diximus, φιλικὰς λειτουργίας deſcenderent; quod non obſcurè Pomponius innuit: *Nam ſi cum gente aliqua neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœdus ami-*

citiæ causa, &c. amicitiam à fœdere amicitiæ causa distinguit [a]: *Nobis cum Faliscis* (ait Liuius) *quæ pacto fit humano societas non est, quam ingenerauit natura vtrisque est, eritque*. mihique Græcorum exemplo probat Demosthenes [b], qui nutantem adhuc firmauit: Arcades namque qui erectas columnas, in quibus fœdus cum Thebanis inscriptum habere dicebantur, ipsas tollere nouo fœdere iussi, erectas sibi columnas esse negant, sed eos pro socijs habere à quibus adiuuarentur, λέγουσι τοίνυν οἱ μάλιστα δοκοῦντες δίκαια λέγειν, ὡς δεῖ τὰς στήλας καθελεῖν τὰς πρὸς Θηβαίους, εἴπερ ἡμέτεροι βεβαίως ἔσονται σύμμαχοι. οἱ δέ φασι μὲν αὐτοῖς οὐκ εἶναι στήλας, ἀλλὰ τὸ συμφέρον εἶναι τὸ ποιοῦν τὴν φιλίαν, τοὺς τε βοηθοῦντας ἑαυτοῖς, τούτους νομίζειν εἶναι συμμάχους. Vbi in transitu interpretis errorem annotabo, qui cùm στήλας aptè verterit *columnas*: his enim fœdera inscribi notum, δίκαιοι καθελεῖν τὰς στήλας εἰσὶν ἐν αἷς ἔχουσιν ἀναγεγραμμένας τὰς πρὸς Θηβαίους συνθήκας [c]. Non multò post. *Statuas* reddidit non infrequenti errore ex verbi στήλη significatione. Ast vt redeam apud Romanos, quā plures populos reperio, adeo natura ingenioq; ipsis coniun-

a Lucius l. 5

b de Megalopolit.

c Vlpian. in enarrat. Polybius lib. 2. Hist.

iunctos, vt nunquam ſine fœdere ab ijs diſceſſiſſent, quos demum fœdere, ac plerumque fratrum cognomine decorarunt. Sic Æduos à Senatu appellatos ex Cæſare, Strabone, & Tacito ſcitum: Mamertinos, Aruernos, Batauos, potiorique iure Ilienſes, qui ſuam vrbem priſcam Ilium iactantes, Romanorum συγγενεῖς dicti, qui & notã minus συγγένειαν cum Alexandro repetebant ob Andromachem, nempe Hectoris vxorem, quæ Æacidi Pyrrho nupta Moloſſis imperauerat; vnde Æacidarum cognationis memor Ilienſibus patrocinio fuit, vt ex Virgilio [a] hiſtoriam texere non poëtica narratione concinnatam, Strabonemque ſimul illuſtrare licet: apud Virgilium etenim Andromaches: [a] lib. 3. Æneid.

Nos patria incenſa diuerſa per æquora vectæ
Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenemq; ſuperbum
Seruitio enixæ tulimus.

Hinc Strabo [b], καὶ κατὰ συγγένειαν τὴν ἀπὸ τῶν Αἰακιδῶν τῶν ἐν Μολοττοῖς βασιλευσάντων παρ' οἷς καὶ τὴν Ἀνδρομάχην ἱστοροῦσι βασιλεῦσαι τὴν Ἕκτορος γενομένην γυναῖκα ἐφιλοφρονεῖτο πρὸς τοὺς Ἰλιέας ὁ Ἀλέξανδρος. Sic enim cum Caſaubono legam: ac demum Moloſſis ipſis in Epiro cogna- [b] Strabo lib. 13.

tas Italiæ vrbes (propter Helenum, cui ipſa Andromache ſecundò nupſerat) prædixit fatidicus & verè Vates Maro:

Cognataſq; vrbes olim, populoſq; propinquos
Epiro Heſperia, quibus idem Dardanus au-
ctor
Atque idem caſus. &c.

Cuius cognationis Auguſtus memor cũ in Epiro Nicopolim condidiſſet, eius obſeruationem fœdere cauit, amicitiamque ipſis debitam diu ſeruatam refert Dionyſius [a], antiquiorem imò Pop. Romano fidem Acarnanes iactabant, vtpote qui bello Troiano non interfuiſſent, qui neque Ætolico cenſu, neque Homericis verſibus commemorarentur [b]. Maſſilienſium quoq; amicitiam veteri colendæ Dianæ Epheſiæ ritu teſtatam memorat Strabo [c]. Apud hos ergo populos tuta fides, imò amicorum plerumque officia, hoſpitium tandem (quod apud barbaras immaneſque nationes Senatoribus Romanis fuiſſe in Populi Romani honorem oratoriè à Cicerone [d] dictum) vnde Anna Carthagine pulſa ad Melitas Inſulæ Regem ſe recipit vetuſto hoſpitio confiſa, quod cognationi (erat enim Melita Phœni-

a Dionyſ. Halic. l. 1.

b Strabo l. 10.

c Strabo lib. 3. vide Halicarn. lib. 4.

d Cic. 5. in Verr.

cum ἐμπορεία quemadmodum Chartago) tribuendum[a]. Idem de Lycurgo Aristoteles, ὅτε τὸν πλεῖστον διατρίψαι χρόνον περὶ τὴν κρήτην διὰ συγγένειαν, ἄποικοι γὰρ οἱ λύκτιοι τῶν λακώνων ἦσαν[b]. Hinc ergo apud Euripidem ob littora, portusque negatos Φοινίσσας νήσου Tyrijs, Insulani, qui eorum ἄποικοι excidium passi[c]. quo arctiori hospitij vinculo .ciuitates modò ipsæ, modò ciues ipsi coniungebantur, illudque publicum, hoc priuatum, quod προξενία & ἰδιοξενία Græcis, etsi apud Euripidem[d] eodem sensu:

Κακός τις ἐστὶ προξένῳ σοὶ χρώμενος.

Illud verò non inter ciuitates solùm, quæ sibi inuicem hospitium reddebant πόλεις (nempe) αἱ ἀλλήλας ὑποδεχομέναι ἐν τῇ ἑαυτῶν πόλεσι, quales apud Romanos Ædui, quos Pop. Rom. hospitio & amicitia potuisse plurimum Cæsar refert[e], Sybaritasque inter, & Miletios apud Herodotum[f], sed alterius etiam ciuitatis priuato cuilibet, à ciuitate populoue decretum, quod publicum sanè Demosthenes[g], ἐψηφίσασθε ἅπερ οἶμαι φασὶν ἔχουσιν εὐεργέταις δι' ὑμᾶς, προσθῆκε, προξενίαν εὐεργεσίαν ἀτέλειαν ἁπάντων. Xenophon[h]. Ω' ἄνδρες Λακεδαιμό-

[a] Ouidius l. 5. fastorū. Diodorus Siculus l. 5.
[b] Aristotel. l. 2. Politic.
[c] Euripides Phœnissis.
[d] Euripid. in Telepho.
[e] Cæs. l. 1. de bell. Gall.
[f] Herod. in Erato.
[g] Demosth. aduers. Leptinem.
[h] Xenoph. lib. 6. hist.

μόνιοι τὴν μὲν προξενίαν ὑμῶν οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πατρὸς πατὴρ πατρῴαν ἔχων παρεδίδου τῷ γένει: ita apud Liuium [a]. hoſpitium cum eo S. C. eſt factum, donaque publicè data. Vetus tabula apud Gruterum: ΥΠΕΡ ΠΡΟΞΕΝΙΑC. ΚΑΙ. ΕΥΕΡΓΕCΙΑC. Priuatum verò ius hoſpitij inter priuatos contrahebatur, cuius ſignum *Hoſpitalis teſſera* toties apud Plautum repetita, quod σημεῖον erat aut σύμβολον vt qui hoſpitij ius contraxerant, eorumque liberi proprio, patrioque hoſpitio reciperentur; quem morem expreſſit Tertullianus [b]: *Sic omnes primæ, & omnes Apoſtolicæ dum vnam probant vnitatem communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis*: imò & ipſa teſſera veterū Chriſtianorum more, cui literæ pacis, ſeu formatæ (vt ſolent mediæ ætatis patres appellare) ſucceſſere [c], ſed verè ſacra iſta prudenter non modò, ſed cautè tranſcurrimus, ne præceps iter religione tardemus, nec noſtrum omnia miſcere, etſi veterum Chriſtianorum ritus exponere & illuſtrare maximè ſit in votis:

Ἔξεχε ἔξεχε ὦ φίλ' ἥλιε.

Sed tandem receptui canere iuuat, & qui

[a] Liuius lib. 5.

Tertull. de præſcr. aduerſ. hæret.

[c] Baron. ann. 75. n. 15.

qui lusorijs huc vsque telis leuiter prolusimus, collecto spiritu decretorijs modo pro nostro Proculo dimicare.

Po-

- Populorum diuisio
  - Liberi
    - αὐτόνομοι
    - αὐτόδικοι
    - αὐτοτελεῖς
    - ἱεροὶ
    - ἄσυλοι
    - ἀστάθμευτοι
    - ἀφορολόγητοι
    - ἄφρουροι
    - hi vel
      - Hostes
      - non amici
      - amici
        - φίλοι foederati
        - συγγενεῖς
        - ἄποικοι
          - συμπολιτευόμενοι
          - ἰσοπολιτευόμενοι
          - ἐπίγαμοι φίλοι
          - σύμμαχοι
            - σύμμαχοι
            - ἐπίκουροι
  - Subditi
    - ἐν κτήσει
    - ἐν ὑποτάξει

Dis-

Dissertationis

PARS SECVNDA,

Caput I.

SYNOPSIS.

1. *Quæstionis status.* 2. *Cuiacij prima distinctio reiecta.* 3. *Secunda exposita.* 4. *Grotij sententia.* 5. Εἰρήνη, καὶ φιλία *quid?* 6. *Tutum hospitium.* 7. *Hospitium tutum quid, aduersus Grotium?* 8. Ἀνοχὴ, καὶ ἀνανοχὴ. 9. *Pacis, amicitiaque distinctio ex Demosthene & Æschine.* 10. *Xenophon expensus.* 11. *Lex 4. C. de Commercijs illustrata.* 12. *Grotij infelix critica in Festo.* 13. *Salmasij sententia breuiter expensa.*

VM fœderatis ergo liberisque populis postliminium sit nec ne, quæstionis est, qua velut orbita dissertationis nostrę clau dimur, in eaque pro nostro Proculo validissimè dimicandum. Prodiere eheu! maiorum gentium Iuris- 1

riſconſulti Budæus, Cuiacius, Grotius, imò tandem criticus vnus Salmaſius, quem nuper Romanæ iuriſprudentiæ ager cultorem excepit, ſed falce demum ipſe critica runcare, occidere, & occare geſtit, *vites pampinari* (docet Φυτεργίας Doctor) *ſed à ſciente ne relictis caulibus ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum*. liberè, & ad præſcriptum ἀπόῤῥητα illa totieſq; è Themidis finibus exulare iuſſa *deleo, corrigo, emendo* nobis obtrudit, & quæ non capit Iuriſconſultorum myſteria, non modò videtur quæſiſſe curioſus, ſed ſacrilegus dubitaſſe. Sed ingrediamur in actionem ipſam, & iudicio nos ita cenſere comprobemus. Cum fœderatis populis poſtliminium non eſſe Proculus aſſerit: etenim *quid inter nos, atque eos poſtliminij opus eſt, cùm & illi apud nos & libertatem ſuam, & dominium rerum ſuarum æquè atque apud ſe retineant, & eadem nobis apud eos contingant?* Sed contrarium ſuadet Ælius Gallus apud Feſtum: *Cum populis liberis, & cum fœderatis, & cum Regibus poſtliminium nobis eſt vti cum hoſtibus*. Ex hiſque noſtra ἀκεῖτος ἔεις καὶ ταραχὴ, in qua eximius Cuiacius fœderum genera diſtinguit, atque inter

eos

eos qui pares bello, æquo fœdere in 2
amicitiam venere, seu minus æquo, aut
demum iniquissimo postliminium non
fuisse docet, dummodo bellum præcesserit: cum his verò qui cùm hostes nusquam fuissent sociali fœdere in amicitiam coiere, forsitan Ælium Gallum postliminium esse existimasse, quasi minùs firmo fœdere iuncti sint: sed cur minùs firmum fœdus censeri debeat inter hos nec beneficio, nec iniuria sibi cognitos, initum, & queis nulla alta mente reposita inuidia, aut odium adhuc quæro; suspecta, imò & subdola post bellum amicitia aureo Polybij [a] dogmate, ποτὲ τοῖς καιροῖς εἴκοντες, καὶ ποτὲ ταῖς ψυχαῖς ἡττώμενοι ποιοῦνται τὰς συνθήκας ἵνα τοῦ μὲν ἐφέδρους νομίζοντας εἶναι τὸν καιρὸν ἀεὶ φυλάττωνται, maximè inter iniquo fœdere iunctos: *Viuit* namque *in pectoribus* eorum *quidquid isthuc præsens necessitas iniunxerit* [b], miseramque pacem vel bello bene mutari clamabunt, vt alij apud Tacitum [c], eòque cùm pridem Cuiacius rem dubitanter assereret, certius tandem huius- 3
modi rem apud antiquos controuersam fuisse affirmat ex Cicerone [d], de quo statim pleniùs. Strenuissimo Cuiacio suffici-

[a] Polyb. l. 3.

[b] Liu. l: 9.

[c] Tacit. l. 1. annal.

[d] Cic. lib. de orat.

risconsulti Budæus, Cuiacius, Grotius, imò tandem criticus vnus Salmasius, quem nuper Romanæ iurisprudentiæ ager cultorem excepit, sed falce demum ipse critica runcare, occidere, & occare gestit, *vites pampinari* (docet Φυτεργίας Doctor) *sed à sciente ne relictis caulibus sarmentum nequeat ministrare succum*. liberè, & ad præscriptum ἀπόρρητα illa totiesq; è Themidis finibus exulare iussa *deleo*, *corrigo*, *emendo* nobis obtrudit, & quæ non capit Iurisconsultorum mysteria non modò videtur quæsisse curiosus, sed sacrilegus dubitasse. Sed ingrediamur in actionem ipsam, & iudicio nos ita censere comprobemus. Cum fœderatis populis postliminium non esse Proculus asserit: etenim *quid inter nos, atque eos postliminij opus est, cùm & illi apud nos & libertatem suam, & dominium rerum suarum æquè atque apud se retineant, & eadem nobis apud eos contingant?* Sed contrarium suadet Ælius Gallus apud Festum: *Cum populis liberis, & cum fœderatis, & cum Regibus postliminium nobis est vti cum hostibus*. Ex hisque nostra ἄκειτος ἔεις καὶ ταραχή, in qua eximius Cuiacius fœderum genera distinguit, atque inter
eos

eos qui pares bello, æquo fœdere in amicitiam venere, ſeu minus æquo, aut demum iniquiſſimo poſtliminium non fuiſſe docet, dummodo bellum præceſſerit: cum his verò qui cùm hoſtes nuſquam fuiſſent ſociali fœdere in amicitiam coiere, forſitan Ælium Gallum poſtliminium eſſe exiſtimaſſe, quaſi minùs firmo fœdere iuncti ſint: ſed cur minùs firmum fœdus cenſeri debeat inter hos nec beneficio, nec iniuria ſibi cognitos, initum, & queis nulla alta mente repoſita inuidia, aut odium adhuc quæro; ſuſpecta, imò & ſubdola poſt bellum amicitia aureo Polybij[a] dogmate, πότε τοῖς καιροῖς εἴκοντες, καὶ πότε ταῖς ψυχαῖς ἡττώμενοι ποιοῦνται τὰς συνθήκας ἵνα τὸν μὲν ἐφέδρους νομίζοντας εἶναι τὸν καιρὸν ἀεὶ φυλάττωνται, maximè inter iniquo fœdere iunctos: *Viuit* namque *in pectoribus* eorum *quidquid isthuc præſens neceſſitas iniunxerit*[b], miſeramque pacem vel bello bene mutari clamabunt, vt alij apud Tacitum[c], eòque cùm pridem Cuiacius rem dubitanter aſſereret, certius tandem huiuſmodi rem apud antiquos controuerſam fuiſſe affirmat ex Cicerone[d], de quo ſtatim pleniùs. Strenuiſſimo Cuiacio ſuffici-

2 … 3 (margin numbers beside the lines "eos qui pares bello" and "tanter aſſereret")

a Polyb. l. 5.
b Liu. l. 9.
c Tacit. l. 1. annal.
d Cic. lib. de orat.

ficitur Grotius, qui fœderum nouam excogitat distinctionem, eorum nempè quæ publici belli componendi causa fiunt, aut cauendi, vt nec amicitiam inposterum promittant, aut fidem, & ea
4 quæ amicitiæ societatisue causa fiunt, vt illa nec captiuitati, nec postliminio obstent, Pomponiumque adducit huiusmodi rei sponsorem [a], vbi fœdus amicitiæ causa ab alijs fœderibus separare visus; esseque similia fœdera, quæ pacem tantùm innuant, non autem fidem, amicitiamuè, constat, nilque aliud continere præter belli cessationem, quam Græci εἰρήνην vocant, οἷον συντιθέμενοι μὴ πολεμήσειν, μηδὲ ἀδικήσειν ἀλλήλους, apud Ammonium [b], vbi εἰρήνην καὶ φιλίαν distinguit, vt & Plutarchus [c] cùm de Termino Pacis, amicitiæque præside τὸν τέρμινον ὡς ἐπίσκοπον καὶ φύλακα φιλίας, καὶ εἰ-
5 ρήνης. Εἰρήνη ergo nec amicitiam, nec tutum saltem hospitium continet, quod à iure hospitij rectè distingues, nec cum Grotio [d] hæc confundere placet: tutum enim hospitium nihil aliud est præter iure naturali indictum commercium, cuius vetiti quærelæ apud Virgilium [e]
6 non vno in loco, sequiori verò sæculo

&

a l. postliminij 5. §. in pace, ff. de captiu.

b Ammon. verbo σπονδαί.

c Plutarch. in Romaicis

d lib. 2. c. 15. §. 5. & lib. 3. c. 9. §. 19.

e apud Grotiū de mari libero c. 1.

& quo vnicuique prædonem agere li-
buit in hac flagitiorum ſcena ſolùm in-
ter amicos permiſſum, ius tamen ho-
ſpitij de quo nuper ſpeciali amicitiæ iu-
re exteris datum: non modò enim ijs
tutum commercium, ſed publico nomi- 7
ne in Lautia loca receptio: aſt εἰρήνη nil
aliud (vt diximus) quam belli ceſſatio-
nem continet (quæ ſi ad tempus fieret,
induciæ dictæ, Græcèque ἀνοχὴ, ſeu ἀνα-
νοχὴ, quæ ἀνοχὴ μακρὰ πολέμου) vnde 8
Cyrus apud Xenophontem [a] ea cauſa
pacem expoſcere Chaldæos ait, ὅτι νομί-
ζετε ἀσφαλέστερον δύνασθαι ζῆν εἰρήνης γινο-
μένης, ἢ πολεμοῦντες, ac ſtatim τί οὖν ἔφη εἰ
καὶ ἄλλα ὑμῖν ἀγαθὰ προσγένοιτο διὰ τὴν εἰρήνην.
quæ quidem bona cum pace plerumq;
non veniunt ni amicitia demum conci-
lietur: καὶ ἐπὶ τούτοις ἔδοσαν καὶ ἔλαβον πάν-
τες τὰ πιστὰ, καὶ ἐλευθέρους μὲν ἀμφοτέρους
ἀπ' ἀλλήλων εἶναι συνετίθεντο ἐπιγαμίας δ' εἶναι
καὶ ἐπεργασίας, καὶ ἐπινομίας, καὶ συμμαχίαν
δὲ κοινὴν, nec immeritò pacem illam in-
ter Athenienſes, Philippumque non
modò εἰρήνην, ſed & συμμαχίαν fuiſſe
ſuccenſet Demoſthenes [b], Æſchineſque [c]
δεύτερον δ' ὅπως μὴ μόνον τὴν εἰρήνην, ἀλ-
λὰ καὶ συμμαχίαν εἶναι ψηφίσεσθε πρὸς Φίλιπ- 9
πον:

[a] lib. 3. de inſt. Cyri.

[b] de falſa legatione.

[c] contra Cteſiphont.

που: ac postea, οὐδὲ γινώσκειν ἔφη τὴν εἰρήνην ἀπούσης συμμαχίας; οὐ γὰρ ἔφη δεῖν (καὶ γὰρ τὸ ῥῆμα μεμνῆμαι ὡς εἶπε διὰ τὴν ἀηδίαν τοῦ λέγοντος, ἅμα καὶ τοῦ ὀνόματος) ἀπορρῆξαι τῆς εἰρήνης τὴν συμμαχίαν, omniaque ista, vel ex ipsis fœderum formulis distinguenda certius censeam, publicumque bellum inter hostes componi posse, quin fœdera inter eos, amicitia, aut societas remaneat nullus dubitem: quid enim si inter eos queis nulla vnquam amicitia, aut commercium bellum exarserit, aut iusta de causa, aut profunda imperij, diuitiarumue cupidine, atque ij demum διά τινα χρείαν belli cessationem spondeant: nunquid imposterum inter eos amicitia vlla erit, aut fides? num tutum commercium nullo pactò stabilitum? sanè timore isti versabuntur, quo Chal-
10 dæi apud Xenophontem, οὐκ ἂν ἡμεῖς ἀσφαλῶς ἐργαζοίμεθα μὴ ὅτι τὴν τούτων, ἀλλ' οὐδ' ἂν τὴν ἡμετέραν εἰ οὗτοι τὰ ἄκρα ἔχοιεν, nec pace aliud adepti, quàm in illum pristinum statum restitui, quo ante bellum in pace viuebant absque vlla amicitia aut commercio. Vnde apud Demosthenem [a] pacis species illa distinguitur, quæ de totius rei statu, ac ὑπὲρ τῶν

ὅλων.

[a] de falsa legatione.

ὅλων fit, vt ea ſacta deinde bellum gere-
re pro ijs quæ omiſſa ſunt non liceat, quod aliter erit, ſi non de totius rei ſtatu, ſed de ingruente bello pax fiat, οὐδεὶς γὰρ πώποτε ὑπὲρ τῶν ὅλων πεισθεὶς εἰρήνην ἄγειν, ὑπὲρ τῶν ἐγκαταλειφθέντων ἐξ ἀρχῆς ἠθέλησε πολεμεῖν· modò & ipſo commercio promiſſo cum inter hoſtes nundinari conuenit, fœdus iſtud ſtrictè capiendum, nec aliter quàm fœderis formula concepta, non vtiq; liberè, & velut inter amicos, exerceri oportet, vt nobis indicat Theodoſij, Honorijque l. 4. C. de commercijs
conſtitntio, qua fœderis tempore cum Perſis initi alio vſquam loco præter Niſibim, Callinicum, & Artaxatam (per 11
Armeniam, Meſopotamiamque in vtriuſque imperij confinio præſidia) nundinari prohibitum. Fœdera ergo publici belli componendi cauſa quin amicitiam contineant fieri poſſe credam libenter, ſed fœderatos iſtos populos apud Feſtum ſignificari vix annuam, fœderatorumq; nomen ad fœdus iſtud referri, cùm certò certiùs ſit fœderatos populos apud Hiſtoricos, Iuriſconſultoſque illos dici qui amicitiæ, ſocietatiſque cauſa iuncti ſunt, nec quæ ex ce-

rebro verba Grotius inserit admittenda
12 vt post illa *quæ nationes in ditione nostra sunt cum his postliminium non est*, (adijciat) *nec cum his quibus cum fœdus amicitiæ causa habemus*: quæ enim concinnitas, vt cùm de fœderatis populis egisset Ælius Gallus, illudq; statuisset *cum fœderatis postliminium non esse* (fœdere, qui publici belli componendi causa fit subaudito) & de postliminio cum his qui in ditione sunt regulam interijciat, demum ad fœderatos populos redeat, regulamque illam statuat, quæ prima præcipuaque æstimari deberet, vtpote quæ ad fœdera in quæ sæpiùs inquirendum, pertineat. Sed clariora hæc sunt vt immoremur, nec ipsi Salmasio incognita, qui Grotij vnum quodque dictum acriter examinat, seriò pensiculat cum thorno &
13 cothurno (vt cum Apuleio loquar) iterum comparat, & quæ Iurisconsulto illi ἀλόγως excidere traduxisse contentus peiora ipso effutire non audet, eos tandem, qui ineptos, imprudentesue Iurisconsultos existimant seriò proscribit; ita est, & religionem tuam Salmasi laudo, sed te deinde Pauli vnum vituperonem non feram; ineptire illum La-

Labeoniſque mentem non percepiſſe proferentem qui patiar? Iuriſconſulti infelicem criticam damnare non in Ælio Gallo, aut Feſto, ſed in corruptiſſimis fragmentis exercitam, ſuperſtitionis eſt, Grammaticum retundere in Magni ſuperioris æui Iuriſconſultum blatterantem, religionis. Sed te vnum in hoc ſacro litantem audiamus. Poſtliminium duplex fuiſſe affirmat Proculi, & Ælij Galli æuo, libertatis nempe & ciuitatis, illudque ſolùm inter hoſtes, aut non fœderatos locum habuiſſe, apud quos libertas amittitur, hoc verò etiam inter fœderatos obtinuiſſe aſſerit apud quos ciuitas non retinebatur, idque ex priſci iuris ratione deductum, quo ille, qui in aliam ciuitatem ſe dicaret, ſolumque verteret, Romanam ciuitatem amittebat, nec duarum ciuitatum Romano homini ciuis eſſe licebat, vt Cicero [a] refert: aſt ius iſtud quod Ciceronis æuo multis ignorabatur, iam ſub Traiano abolitum eſſe ex reſcripto eius ad Plinium conijcitur, quo Harpocrati Iatraliptæ qui Romanam ciuitatem adeptus fuerat, Alexandrina quoque conceditur rogatu Plinij, nouiorumque Iuriſ-

[a] pro Cornel, Balbo.

consultorum tempore postliminium illud in vsu esse desijsse, teste Paulo, & Pomponio, demum Proculo nostro emendatricem manum adhibet, seu potiùs dicam ferrum, nec aliter cacoëthes illud sanari posse censet: non leui ergo mutatione vtitur, sed totum locum euertit, & corruptore stylo, & adultero sensu. *Non dubito*, scribit, *cùm fœderati liberi nobis externi sint, inter nos, atque eos postliminium esse*; & de postliminio ciuitatis hæc capit, cœteraque textus verba Tribonianum imposuisse exclamat. Hæc Salmasij sententia quam πολυλογίᾳ seu ταυτολογίᾳ dilatat, quæ singula vt explicemus, simulque sensum nostrum aperire liceat, quædam de postliminio præfari res deposcit, non illa quidem (etsi è Iuris delicijs quidquid in hac re elaboratum) interpretibus nota, sed quæ è publici iuris sacrario ex ipso Themidis πάντων θέας, communisque Deæ sinu deprompta; quæ si ignorabilibus hucusque literis (Salmasi) à profanorum curiositate defensa reuelare modò fas est, adi, & audi.

Ca-

Caput II.

SYNOPSIS.

1. *Postliminium iuris ciuilis commentum.* 2. *Apud Romanos peculiari ratione inductum.* 3. *Aliud apud Athenienses, & quare?* 4. *Græci natura liberi ex Euripide & Aristotele.* 5. Νόμῳ δοῦλος *quis?* 6. *Gothofredi sententia impugnatur.* 7. *Quintilianus expensus.* 8. *Declamatorum fictæ leges.* 9. *Iuliani responsum.* 10. *Commodi rescriptum de bonis captiuorum.* 11. *Osualdus reprehensus.* 12. *Grotij interpretatio reiecta.* 13. Δευτερόποτμος καὶ ὑστερόποτμος *qui?* 14. *Petiti emendatio in Hesychio improbata.* 15. *Postliminium in pace denegatum iure Romano.* 16. *Serui redempti apud Athenienses.* 17. *Postliminium iniustum.* 18. *Paulus à Salmasio vindicatus.* 19. *Postliminium rerum.* 20. *Paulus nouiter illustratus.*

OSTLIMINIVM ergo 1
de quo in Iurisconsultorum libris, Iustinianeaque Rhapsodia Iuris ciuilis commentum esse prima, primariaque regula sit, quam apud Paulum

propositam inuenimus, *Inter nos, ac liberos populos, Regesque moribus legibus constitutum*, vbi verbum *moribus* ad iuris gentium approbationem referendum [a]; *legibus* verò ad ius ciuile, quo, postliminio specialis forma, conditionesque datæ, istud imò quod propriè ius postliminij [b], fictio nempe, aut commentum quo id inductum est, vt captus ab hostibus, si iterum ad suos peruenerit, libertatem, ciuitatemque nusquam amisisse credatur, eaque demum iura, aut res quæ libertati ciuitatiuè cohærent in pendenti sint, dum reditus speratur, vnde suspensi iuris constitutio dicitur [c], iuris ciuilis inuentum esse liberè & verè censeam: quæ vt rectiùs percipiantur, ea
2 nimirum ratione postliminij fictionem inductam fatendum, vt qui libertatem pro patria, populoue amisissent, non modò eam reciperent (hoc enim cessante vi hostilique dominio, qui caueretur?) sed pristina iura taliter reciperet, vt nec vel medio tempore seruus fuisse censeretur: ast fictio verè ista vel ipso annuente iure: re enim vera seruus ille iure ciuili Romanorum existimatur vtpote bello captus; vnde in his

a arg. l. Libertinus 8. junct. l. vlt. de ritu nupt.

b l. 2. cum seqq. l. in bello 12. l. postlimin. 17. l. 19. §. si eius hoc tit. l. vlt. ff. de legation.

c l. pen. de suis & legit. l. retro 16. hoc tit.

his rebus in queis fictio desinit operari seruus censetur, vt videre est in connubio, quod quatenus iuris ciuilis est, nec volente vxore restituitur[a]. Hinc duplex eliciendum nobis sententiæ nostræ, totiusque rei fulcrum, illud nimirum, inprimis postliminium ea ratione iure ciuili inductum, quod ciues Romani capti serui censerentur non modò apud hostes, queis iustè dominari opinio insidet, sed apud ipsos etiam Romanos ciues; Vlpianus[b]; *ab hostibus autem captus (vt puta à Germanis & Parthis) & seruus est hostium, & postliminio statum pristinum recuperat*. Quod si apud ipsos seruus ille non iudicaretur, & si apud hostes aliter accideret, & rerum suarum dominium, ceteraque libertatis, ciuitatisque iura, apud suos retineret, nec postliminio opus esset; vnde apud Athenienses ius 3 istud vsurpatum nunquã fuisse non leui coniectura credam: illis enim, quemadmodum Græcis omnibus non iure, sed iniuria in seruitute detineri si quando bello capti essent, opinio fuit, & quemadmodũ hi qui iniuria detinentur liberi censentur, nec postliminio ijs opus, ita & ipsi apud suos existimaban-

[a] l. in bello 12. §. 3. ff. de captiu.

[b] l. 24. ff. hoc tit: vide Fabr. 1. iurisp. 11. p. 7. Osuald. l. 2 Comment. Donelli cap. 16. lit. B.

tur Græcorum libertatis vindices non
obſcuros reperies, primumque Ariſtote-
lem [a], qui naturam voluiſſe aſſerit vt
barbari (quo nomine cœteri præter
Græcos notantur) Græcis ſeruiant, idq;
ex Euripide qui dixerat,

Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς, ἀλλ' οὐ βαρβάρους
Μῆτερ Ἑλλήνων· τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἱ δ' ἐλεύθεροι.

4 Ita & apud Xenophontem [b] Callicrati-
das, οὐκ ἔφη ἑαυτοῦ γε ἄρχοντος οὐδένα Ἑλ-
λήνων ἐς τὸ κείνου δυνατὸν ἀνδραποδισθῆναι,
reliquoſque ἀνδράποδα τὰ δοῦλα, ſeruilis
nempe conditionis captiuos vocat,
Ageſilauſque λέγων ὅτι οὐκ ἀνδραποδίζεσθαι
δέοι ἑλληνίδας πόλεις, ἀλλὰ σωφρονίζειν.
Græcos enim propter naturales faculta-
tes ἐλευθέρους φύσει εἶναι, Barbaroſque δού-
λους Ariſtoteles prædicat, illoſque qui
φύσει liberi fuiſſent, ſeruos nunquam vel
lege fieri poſſe apud Ariſtotelem [c] con-
trouerſum, & quamuis νόμῳ δοῦλον ad-
mittat: ἔστι γάρ τις καὶ νόμον δοῦλος, καὶ δου-
5 λεύων: aſt illos βιασθέντας coactos, atque
vim naturæ factam patientes vocat,
quemadmodum in ſcena Hecubas, An-
dromachas, reliquoſque τρωάδας ἐλκεσι-
πέπλους

[a] lib. 1. politic. c. 4.

[b] lib. 1. hiſt. Græc.

[c] lib. 1. politic. cap. 6.

πίστεις de fortunæ iniuria quæritantes audimus: quid enim (vt alij apud Aristotelem) ingenio naturaq; barbarum, & ad seruitutem natum ingenuissimo cuique dominari iustè credendum? patienda sunt (aiebat alter) meliorum imperia: nec aliter natura dominari credendum. Iure ergo seruitutis, quod ὁμολογίᾳ constat, vt in eos qui bello capti essent ius victori esset, & quod nulla alia ratione stabilitum nisi quod peius in eos sæuiendi libido auerteretur captiuosque seruare in quæstu esset, satis videtur cautum, si modo ipsi victori auctoritas foret captiuos in seruitutem iustè redigendi, & quidquid libuerit statuendi: Ast victis nil obstat quominus apud ipsos captus ille pro libero reputetur, iusque illud iniustum (nec præter Iurisconsultorum Politicorum mentem loquor) saltem in his rebus, quæ in eorum sunt potestate dijudicetur; quin ad fictiones, commentaque acutissimas (aiebat ille) Iurisconsultorum ineptias confugere cogamur, Postliminij nempe, & legis Corneliæ, vt quæ priùs iuris Romani censura libertas amissa eodem iure annuente restituatur, ac si amissa nusquam

[a] Vid. Couarr. in cap. peccatum de reg. Iur. in 6. p. 2. §. 11, n. 6 & Leonis Philosophi No. 40.

quam foret; sed hoc apud Romanos stabilitum, vt æquo nempe iure cum alijs gentibus etiam in hoc vterentur, vt qui captos iure belli seruos facere arbitrarentur, modo & suos iustam pari seruitutem existimarent: nec enim illa placent, quæ præfert Gothofredus[a], ridiculam asserens & sine effectu fore legem istam, vt qui seruus ab alijs possideretur apud suos libertatis iura retineret, aut saltem contra ius commune hostium velut consensu stabilitum, ac demum ea ratione reijciendam, quia dum captus ille liber remaneret suorum iudicio, omniaque sua iustè possideret, earum rerum dominos hostes faceret; non, inquam, placent: nam qui liber apud suos existimaretur, dominium iustè retineret, nec fortunas suas cum capite in hostium potestatem transferre crederetur, quin ad postliminij, legisue Corneliæ fictiones confugere opus esset: necessarias enim fictiones istas fuisse deprehendimus, vt bona capti tanquam hostilia (vtpote hostibus per illum adquisita) in publicum non cederent, quod aliter foret, si seruus ille liber iudicaretur, victorique illud meritò

[a] in d. l. 24. de captiu. & postlim. litt. R.

tò obijceretur *victoris id demum esse quod*
tenet [a]. Apud Athenienses verò, quos
altius de naturali libertate iudicasse au-
diuimus secus fuisse suspicari libet, di-
uersumq; de rebus captis, ac de ipsis in
seruitutem redactis ius subodorari apud
Quintilianum [b], quem de iure Attico
apud Amphyctiones differere nullus 7
dubito (etsi apud Declamatores, Rhe-
toresque ex iure Attico Athenis dis-
serentes pleraque oratoriè dicta, nec
dicta tantùm, sed leges ipsas effictas in-
uenire licet, vt illæ Sopatri & Marcellini
commentarijs in Hermogenem, νόμος
τὸν ἀριστεύοντα μονομαχεῖν, & apud eun-
dem Hermogenem ξένος ὅτι τὸ τεῖχος εἰ
ἀνέλθοι τεθνάτω, aliæque, quas annotat
Petitus [c] quibus addam quæ ex Roma- 8
no iure apud ipsum Quintilianum [d] de
furti actione depositario concessa, do-
minoque denegata eadem declamatio-
ne notat Pithæus [e]; Ast qui Fabij in re
ista dissertationem perpenderit ad cer-
ta indubitataque iuris principia recur-
rere ex ipsa argumentorum natura
quam exponere gestit, facilè agnoscet)
is in quæstione illa, vtrum nempe cùm
Alexander Thebas euertisset, tabulasque

in-

a Quintil. lib. 5. c. 10.
b d. lib. 5. cap. 10.
c in Proœmio legum Atticarum.
d declamat. 361.
e ad collat. leg. Moys. cap. 11.

inueniſſet, quibus centum talenta Thebanis debuiſſe Theſſalos continebatur, vtrum (inquam) ea vltro Theſſalis remittendo aliquid egiſſet, in qua de iure belli diſputatio ineſt, Alexandrum videlicet eo iure ius ſibi adquiſijſſe, rectèq; remiſiſſe; contra Thebani obijciebant *nihil valere ius belli, nec armis erepta niſi armis poſſe retineri*; ad quod oratoriè & vt cauſæ inſeruiret adductum, argumentum quærit, illudque inuenit, ex quo velut indubitato (vt ſæpè λέξεις πρεσβυτῶν) ad falſiſſimum ſermo deduceretur; *ideò* (nempe) *captiuos ſi in patriam redierint liberos eſſe, quia bello parta, non niſi eadem vi poſſideantur*: iſtud namque de bello partis (ſi captiuos excipias) falſiſſimum eſt, vtpote quæ iure poſſideri, etiam apud victos opinio fuit, captiuos verò, non niſi vi aut iniuria retineri, ſaltem apud ipſos ſcitè deductum, imò de illis bonis, quæ cum capite, vt diximus, ad hoſtes transferri ius erat titulo adquiſitionis vniuerſalis (qualis ea Senatuſconſulti Claudiani [a], & reuocationis ingrati liberti, vt didici ex Vlpiano [b]) pulchrè dubitatum, ea nimirum ratione, quod ſi bona illa apud alios eſſent,

[a] l. vnic. C. de S. C. Claudiano Vlp. tit. 13. §. 11.

[b] l. 6. in pr. & verſ. Iulianus de in integr. reſtitut.

qui-

quibus opinio illa insideret captum ser-
uum iure fieri, victoris cum capite fieri
nemo dubitaret: si verò apud suos,
quibus eadem opinio, bona illa vtpote
hostibus adquisita, hostiliaque facta pu-
blica apud ipsos fierent, quod valdè va-
lidèque firmari censeo apud Iulianum [a],
vbi deficiente fictione legis Corneliæ
(quæ de successione captiui, vel ex te-
stamento, vel ab intestato locuta est)
bona publica fieri docemur, *quod si nemo* 9
ex lege Cornelia hæres extiterit, bona publica
fient, nec quasi vacantia fiscus occupa-
bat, sed quasi publica ad ærarium rem-
publicamue pertinebant [b] (vt docuit me
Magnus meus Doctor) cum vacantium
& ἀδιαθέτων potius ius fisco esset [c]: ces-
sante enim legis fictione, qua ciuis ille
decessisse fingitur, bona illa hostibus
adquisita censeri ius est, nec immeritò:
è contrariò in bonis captiuorum, quos
scilicet Pop. Rom. bello cepisset à Diuo
Commodo [d] rescriptum, *obsidum bona*
sicut captiuorum in fiscum esse cogenda; quod
de bonis non secum allatis; aliàs illa 10
occupatione adquirerentur, sed de ijs
quæ alibi captiuus possideret cũ Osual-
do [e] capiam, de quibus dubitandi ratio
illa

a l. bona 22. §. 1. vers. quod si nemo, hoc tit.

b d. l. bona §. 1. l. 12. ff. de bon. poss. iun. Vlp. frag. tt. 28. intestati.

c l. 96. §. quoties, ff. de legat. 1: Adi Strabonem l. 8. Tacitum l. 2. Ann.

d l. 51. ff. de iure fisc.

e lib. 4. cõment. Donelli c. 11. litt. F.

illa vtrum cum ipſo captiuo in dominium militum tranſirent, vel in fiſcum caderent: nam etſi maximè immobilia fuiſſent per captiuum militibus adquiſitum prædæ etiam cederent, ſed ea fiſco adiudicanda Commodus reſcripſit, non ea ratione, quam Oſualdus tradit, quod in ſolo hoſtium ſint, cum quibus nullum commercium; primò quia ea ceſſaret, ſi bona ea non in hoſtili ſolo, ſed apud amicos, fœderatoſue eſſent. Secundò, quia in fiſco eadem obtineret ratio: ſed bona demum illa quæ iure militibus adquirerentur voluit Commodus prædæ ſubducere, fiſcoque adiudicare. Hæc ergo omnia, controuerſiaſque de bonis iſtis duplici effugio euadere licet; primò ſi captus ille apud ſuos pro libero reputetur, ſuaque omnia retineat, victorique illud Fabij obijciatur; *victoris id demum eſſe quod tenet*. Secundò, eoq; proprio iuris ciuilis Romanorum, ſi captus ille vel ipſo captiuitatis momento deceſſiſſe fingatur, quod lex Cornelia efficit, vel ſi poſtmodum reſtituatur, nunquam in captiuitate fuiſſe. Vnde non leui argumento fictiones iſtas iuris gentium non fuiſſe colligimus:

mus:

mus: nam si apud omnes gentes æquè obtinerent, non vtique bona captiuorum in fiscum esse cogenda Commodus rescripsisset: quæ enim bona in fiscum cogi iuberet, cùm vel simili fictione ei quam lex induxit Cornelia si ipse deficeret, hæredes iampridem ab ipsa captiuitate in ea omnia successisse credendi, vel ipse aliàs restitutus retro liber fuisse, bonaque sua retinere existimandus. Ergo cùm fictiones istas, non vtique apud omnes gentes admissas indubitatum sit secundo, proprioque Romani Iuris effugio victoris potestati bona eripere non licet; at primo illo, & quo Athenienses vsos coniectamur, non vsquequaque, sed bello iterum dijudicanda, vel sacro Amphictionum concilio lis est: nec enim aut melior ista de libertate opinio, aut fictiones illæ λεπτολόγως excogitatæ victori quidquam oberunt iure belli parta repetenti. Quid ergo si quæstio ista non inter victorem, victumque populum, vel captiui hæredes agatur, sed inter victorem captiuumque ipsum restitutum, queis omnibus fictiones istæ incognitæ sint, vel saltem ijs, vtpote proprio iure, nec

om-

omnino gentium, inductis vti desinentibus, illudq; solum in iudicium adducatur, restituto captiuo illo, per quem bona hostibus adquisita ea vtrum restituenda? Finge in Thebanis, Thessalisque remissionem nunquam factam, solumque illud argumentum superfuisse *quod restitutione recepisse ius etiam quod amiserint Thebani videntur*. hoc iuris gentium esse liberè censeam, bonaque apud alios sita ipsi restituenda, nec cum Grotio [a] Commodi rescriptum de captiuis Romanorum apud hostes capiendum, quorum bona deficiente hærede in fiscum cogenda esse dubium non erat: nihil enim in captiuorum bonis speciale esse deficiente hærede (si illud excipias, vt modò notauimus, quod non vt vacantia, sed velut publica vindicentur.) fiscum & cœterorum vacantia bona fiscus occuparet; rescriptum imò de captiuis hostibus accipiendum, idque obsidum annexa quæstio euincit, cùm de ijs apud Romanos agentibus tractetur; & si legum seriem attenderis, ipsi rescripto subijciatur [b], quod accepto vso togæ hæredem ijs facere licet, quo in casu bona eorum ab obsidum conditio-

12

a lib. 3. de iure belli c. 6, n. 10.

b l. sed si accepto 33. eod. tit.

tio-

tione ſeparato iure, in fiſcũ non cadunt.

Sed quæ hactenus de poſtliminio Athenienſium diſſeruimus paraloga, fortaſſe ijs, aut ſaltem paradoxa, qui poſtliminij ius apud ipſos vſurpatum, imò ex eorum legibus, fluxiſſe ſeriò credunt, apud quos δευτερόποθμοι, καὶ ὑστερόποθμοι eodem iure, ac ij qui apud 13
Romanos poſtlimio redibant cenſeri, probat Scaliger [a]. Sed ſi quid iudicij, nil ipſis cum Romanis poſtliminio redeuntibus commune fuit, nec illis modo nominibus ex bello hoſtibuſque redeuntes notabantur, ſed ij demum, quibus abſentibus iuſta facta eſſent, Heſychius, δευτερόποθμος ὁ ὑπό τινων ὑστερόποθμος. οὕτω δὲ ἔλεγον ὁπόταν τινι ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, καὶ ὕστερον ἀνεφαίνη ζῶν, quos non prius ædes ingredi patiebantur, quàm per ſinum laxæ ſtolæ mulier dimitteret, tanquam denuò natos, vnde δευτερόποθμοι id eſſe ſecundo fato in lucem editi; diſſertè Heſychius, ὁ δὲ 14
πολέμων καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φησὶ Θεῶν (ſic enim cum Meurſio legam, nec Petiti [a] ſuſpicioni emendationiue adhærebo, εἰ δὲ πολεμοῖ ſubſtituentis: cur namque Eumenidum

a Scaliger in Feſto.

b ad leges Atticas l. 1. tit. 1.

ſacellum è bello redeuntibus, queis iuſta facta ingredi non liceret, aliter ac ſi ex peregrinatione non video) ἢ ὁ φημισθεὶς ὅτι ξένης τετελευτηκὼς ἔπειτα ἐπανελθὼν ἢ ὁ δεύτερον διὰ γυναικείου κόλπου διαδὺς ὡς ἔθος ἦν παρὰ Ἀθηναίοις ἐκ δευτέρου γεννᾶσθαι. Similiſq; Romanorũ religio eos à limine prohibuit, ne id inſiſtendo funeſtarent [a]. Ritus ſanè iſti veteris ſuperſtitionis, ſed quid cum poſtliminij iure, Romanorumque commento? nec magis iuuat quod apud Dionem Pruſæenſem [b] de Calliæ filio, cui cùm Athenas redijſſet è Thracia hæreditas patris reſtituta, quaſi captus nunquam fuiſſet; imò ſententiam noſtram confirmat, cùm etiam apud hoſtes iuſta ei hæreditas obuenerit, nec fictione illi opus. Sedebat namque Dionis animo iniuſtæ ſeruitutis opinio vt in eadem exprimit
15 oratione ὡς ἀδίκως δουλεύοντας. Illud modo iuri Romano an gentium adſcribendum licet dubitare, quod bello captus ſi in pace redierit, poſtliminium non habeat, iuriſque ciuilis Romani documentum fuiſſe (vel reclamante Grotio [c]) credam, iureque gentium cuilibet ſe ſeruituti ſubducere licuiſſe, libertatemque

a Vide Scaligerum ex Apuleio.

b Orat. 15.

c lib. 3. c. 9. n. 10.

que

que priſtinam recipere, quod non obſcurè indicat Triphoninus [a], *quod ideo placuiſſe Seruius ſcribit, quia ſpem reuertendi ciuibus in virtute bellica magis quàm in pace Romani eſſe voluerunt*, quo S. C. illud pertinet de captiuis publicè non redimendis apud Liuium [b]. Et quod in cauſa Attilij Reguli factum teſtantur Polybius, Apianus, & Agellius [c], meminitque Pomponius; quod ſecus apud Athenienſes factum, nec niſi publica authoritate captiuum redimi poſſe docet Anonymus auctor in argumento orationis Demoſthenicæ, περὶ παραπρεσβείας. ἀπελ- 16
θὼν (ait) γὰρ εἰς τὴν πρώτην πρεσβείαν, εὗρεν ἐν Μακεδονίᾳ τινὰς τῶν Ἀθηναίων αἰχμαλώτους, καὶ ὑπέσχετο φέρειν ἐκ τῶν ἰδίων χρημάτων, καὶ ῥύσασθαι αὐτούς. οὐκ ἠδύνατο δὲ τοῦτο ποιῆσαι, εἰ μὴ ἐν προσχήματι πρεσβευτοῦ. Imò & ipſis Romanis bello captis in pace redeuntibus, vel priuata pecunia redemptis, vel vltro ab hoſtibus remiſſis poſtliminium iure gentium fuiſſe, libertatemque priſtinam recepiſſe conſtat, ſed libertatem tantùm, non ea quæ iuris ciuilis ſunt, nec commodis fictionis illius, quam ius
ciuile induxit frui, quod tacitè Pomponius [d] innuit: nam cum poſtliminium 17

a l. in bello 12. in princ. ff. hoc tit.
b Liuius lib. 22.
c Polyb. l. 1 Apianus in Punicis. Agellius l. 6 cap. 4.
d l. 5. §. 1. h. tt.

bello captis esse asserat, si virtute bellica redierint, postliminium id esse explicat, & exponit quod iuris ciuilis est: *nam si eodem bello is reuersus fuerit, postliminium habet, id est, perinde omnia restituuntur ei iura, ac si captus ab hostibus non esset.* Postliminiumque iustum illis competit, vt apud Agellium [a] non ignominiosum illud, iureque gentium tantùm subsistens, quale olim Pyrrhi captiuis competijsse scimus [b]: illud tamen, etsi obscurum forsasse alijs, pro certo tenendum, quod etsi apud omnes gentes id obtinuerit vt quicunque ex ijs bello capti fallacia, aut fuga redierint, pristinam apud ipsos libertatem habeant, ast omninò illi apud hostes pro seruis reputantur, nec dominium illud, quod iustum sibi olim visum, cùm seruitutem victis imposuere, aliter quàm bello amitti potuisse iudicatum. Vnde ne seruis istis apud alios perfugium esset aliquando fœdere cautum, quod plenius credetur, si illud statuamus, non omnia quæ iure belli victori licent, eadem & victo pati fas esse, vt apud Liuium [c] Marcellus; *Non quid ego fecerim in disquisitionem venit, quem quidquid in hostibus feci ius belli defendit, sed, quid*

[a] l. 7. noct. Attic. c. 18.

[b] l. 1. §. secundo loco vers. Apius, vbi Goth ff. de post. iunc. l. 2. §. fuit. 36. ff de orig. iur. Val. Max. lib. 2. c. 7. n. 15. & c. 9. n. 8. Frontinus l. 4. Aratus c. 1. n. 17.

[c] Liuius lib. 26.

quid isti pati debuerint. Vnde illud stat, nec σόφισμα sanè: *Victori captum retinere, imò repetere licet iure belli: capto aufugere, seque in libertatem vendicare licet iure belli.* hincque bello captus si in pace ad suos redierit, pro seruo apud hostes reputatur, ex eoque fit, vt si iterum exorto bello capiatur, non ille quasi liber homo captus in præda esse censeatur, sed tanquam seruus denuò postliminio recipiatur. Papè sensim in illud incidimus, quò te Paule è critici calumnia vindicemus: nam quas iuris delicias lautaque bellaria depromis insipidus gustu amarore offusus proijcit, expurgatusque veritatis succus stomachum mouet: sed non omnibus τὰ ἐλένης βρώματα placent. Proposuerat ergo Academicus Labeo [a] lib. 5. πιθανῶν regulam illam, *si quod in bello captum est, in præda est, non postliminio redit.* (vt apta leuique emendatione Desiderij Heraldi vtamur) hæc verba cùm Paulus epitomasset, casum excogitasse visus, quo res illa in dubium vocaretur, illumque adducit, quo is qui in præda est postliminio redeat, hostis nempe bello captus, quem in præda esse constat: ast is post-

[a] leg. 18. h. tit.

liminio vtique recipiendus hac in specie quam ipse fingit; in bello captus pace facta domum refugit, qui iterum renouato bello capitur, homo iste in præda esse dicendus: ad suos enim reuersus iure gentium libertatem adeptus, atque adeo iterum captus eo iure censendus quo liber hostis, quod libri Basilicῶn voluere, τὸ ἐν τῷ πολέμῳ λαμβανόμενον ἀνδράποδον ἐν πραίδᾳ ἐστὶν, οὐ μὴν τῷ δικαίῳ τῆς ὑποστροφῆς ἐπανέρχεται [a]. Atquia apud ipsos aliter iudicandum, seruum nempe illum non iustè libertatem adeptum, postliminij iure redit ad eum à quo priore bello captus erat, eo iure quo seruus, equa, mulus, clitellarius postliminio redeunt: in eo ergo lis tota, an iste renouato bello captus liber existimandus vt in præda sit, an seruus, & postliminio recipiendus: sed vtrumque verum: liber enim iure illo, quo capto seruituti se subducere licet, seruus ea lege qua victori seruum retinere, imò repetere fas est: sed hoc ita accipiendum nisi in pace captiuus redierit, conuentione facta, vt captiui redderentur: tunc enim vtroque consentiente liber ille ad suos redit, postliminiumq; habet etiam iu-

[a] Basil. lib. 34. tit. 1. cap. 18.

iuſtum illud iureque Romano admiſſum [a]; ac demum ſi capiatur renouato bello in præda erit capientique cedet, velut liber hoſtis, atque ita exceptio Pauli monet, *ſi modo non conuenerit in pace, vt captiui redderentur*. Oracula, oracula hæc veræ iuriſprudentiæ, quæ noſter hic lancinat, *aliter* (tamen) *catulli olent, aliter ſues*. Sed eheu quot nugis, & nebulis rem onerat, recenſeam, ſed quis fructus? aliquis ex conſilio noſtro: nec enim preſſo pede lacinioſo illius ſcripto inſiſtam, ſed ſerie vna, quæ ſine ordine repetita, mixtaque confundit aperiam. Inprimis ergo regulam illam à Labeone propoſitam, *quod in præda eſt*, 19
poſtliminio non redit, non ad poſtliminium perſonarum, ſed rerum pertinere certo certius eſt: in his enim diſtinctio illa, vt quædam in præda eſſe dicantur, ſcilicet quę iure belli capientibus adquiruntur, quædam poſtliminio ad priorem dominum redeant, inter quas & ſerui inueniuntur: ipſi enim quaſi res mobiles, & vt Græci σώματα non eo poſtliminio gaudent, quod animi (γνώμην aut ἐννοίαν Baſilica habent) vel conſilij eſt, vnde Paulus Labeonis ſententiam elu-

a d.l. in bello 12. in princ. admiſſa Curacij, Petri, & Antonij Fabri emendatione, quam probat noſter Valent. l. 1. Illuſtr. trac. cap. 6. n. 8.

dere intentus, ſpeciem nunquam finxiſſet de poſtliminio perſonarum, nec regulæ ille ſcitè obieciſſet, quod liber homo qui in præda eſt, poſtliminio poſſit redire ad ſuos, quod ridiculum vel ipſo Salmaſij iudicio: ſed quid ipſe melius adducit, nihil prȩter diſtinctionem illam de his quæ in præda vitio, aut natura ſunt; & tandem poſtliminium perſonarum quaſi ex mente Pauli obijcit Labeoni; logi; imò ſpeciem Paulus adduxit de ſeruo, qui ad poſtliminium rerum pertinet, illum nempè priore bello captum, cui in pace redeunti poſtliminium non eſſe apud hoſtes exiſtimandum; ſed quaſi ſeruum ad priorem dominum redire (*receptos enim eos non captos iudicare debemus, & militem noſtrum defenſorem eorum decet eſſe, non dominum* [a]) quem ſi ex ipſius iure attenderis, quaſi liber homo in præda eſt, etſi arguta nimis iſta non placent, adhuc in hoc ipſo conſtat & in præda eſſe, & poſtliminio redire apud
20 eundem dominū, ſcilicet eius qui priore bello cepit; Ecce quomodo in præda: qui ſecundo recepit; en poſtliminium. Vnde non inelegans φειδόμενον poſſet

effor-

[a] l. ab hoſtib. C. de poſtlimin.

efformari tam pro eo qui primo bello cepit, quam pro eo qui posteriori. Pro primo ergo, vel captus iste in præda est, vel non; si in præda est, nondum eius dominium à me discessit, si non est ad me, iure postliminij redit. Pro secundo, si in præda est, ad capientem, non ad te redit, si in præda non est, ad te nullo iure pertinet, hæc Pauli nota, quam rectè cepisse, aut saltem lambe-rasse Heraldum constat, quem immeritò profligat Salmasius, postliminium-que in hac specie capti ad victores re-uertentis stupidi commentum vocat, lippis Salmasi, aut noctuæ Solem istum non vident postliminium hoc rerum est, serui nempe istius qui nondum ad suos postliminio iusto redijt: sed defuit hic tua illa in iuris scientia γυμναστικωτέρα ἀσχινοία. Tandem postliminium istud cessat quoties conuentione facta vt captiui in pace redderentur, captus ille redit; tunc enim postliminium libertasque ei competit, nec iterum captus velut seruus postliminio recipitur. Hic tu Salmasi eadem quæ nuper vidisti, nihil præter noctis & caliginis vmbras: illa enim verba, *si modo non conuenerit in*

pa-

pace, vt captiui redderentur, ad pacem vtique poſt primum bellum factam, reditumque captiui poſt conuentionem iſtam referenda ſunt. Sed tu aliud poſtliminium comminiſceris capti iſtius ad ſuos denuo reuertentis, ſtatimque quomodo conuentio obſtet, quæris, ſed oberras ſæpè eadem chorda.

Ca-

Caput III.

SYNOPSIS.

1. *Postliminium inter fœderatos nunquam.* 2, *Pomponius adductus.* 3. *Cicero illustratus.* 4. Ξένος & μέτοικος *apud Athenienses.* 5. *Cicero iterum expensus.* 6. *Postliminium inter fœderatos vno casu, & quare.* 7. *Manumissus apud Athenienses* μέτοικος, *non ciuis ex Aristophane.* 8. *Attici, Romanique iuris dissidium.* 9. *Ciuitas retinetur apud fœderatos.* 10. *Coloni &* ἄποικοι. 11. *Coloniæ Latinæ.* 12. *Postliminium quo sensu apud Latinæ linguæ auctores.* 13. *Triphonini Salmasiana emendatio.* 14. *Traiani epistola.* 15. *Error ex Chronologia.* 16. *Salmasij* παραχρονισμὸς. 17. *Proculi germana lectio.* 18. *Externi qui propriè censendi.*

ATIVS huc vsque diuagati, scammaque nostrum transilijsse videbimur, sed omnia ista de postliminij necessitate institutioneque quæstioni seruient, viamque munient paucorum (quod sciam) tritam solo. Postliminium etenim militarium legum com- 1

commentum, & quod ius belli induxit, ea nimirum ratione institutum, vt qui libertatem pro populo patriaque amisissent, aut saltem fato suo inuiti eam reciperent, quomodo inter liberos, foederatosque populos locum obtinebit, apud quos & libertas & dominium retinetur? quod indubitatum prorsus in postliminio ciuium Romanorum, fictioneque ista, qua liber homo quasi nusquam captus fuisse existimatur, ea ratione inducta (vt suprà ostendimus) vt qui & iuris Romani censura seruus esset, si ad suos rediisset, ea omnia quæ iuris ciuilis sunt retro habuisse censeretur: Quis ergo adeo imperitus vt fictionem istam subtiliter excogitatam, necessitate iuris cogente ad eos qui voluntaria secessione solum vertunt, extendat: Æquè ergo iste & fictionem legis Corneliæ eodem iure ipsis elocabit, sed deliramenta ista sunt, nec homine
2 iurisconsulto digna. Scimus postliminium amitti, si remanendi animo quis apud hostes sit [a], atque ex voluntate reuertendi totum ius istud postliminij pendere. Vnde in manumisso, interprete Menandro, superuacuam legem tuis-

[a] l. 5. §. vlt. hoc tit.

fuisse Pomponius asserit: nam si ei animus fuisset reuertendi, ciuis Romanus remaneret, nec postliminium ei esset, vnde non obscurè colligitur ei, qui mutandæ ciuitatis animum habuisset, postliminium nunquam fuisse: manumisso enim apud hostes, si apud ipsos ius illud inualuerit, vt manumissi ciues fiant (vt apud Romanos qui iustam libertatem consequebantur) non vtique eo iure quo beneficiũ ciuitatis concessum, ius postliminij ademptum; imò ad suos reuersus, dummodo eos sequi malit, postliminium habebit, ciuitatemque (Romanam finge) amittet. Si verò animo reuertendi, ciuis manebit, nec amplius illi postliminium erit. Ius ergo istud mutandæ ciuitatis in priuatorum voluntate situm fuit: nec enim ciuitas (aliter ac libertas) inuito eripiebatur; imò in fęderatis vrbibus ciuitas Romana retinebatur, ni ab ea ciuitate quis adscisceretur, cuius ciuis esse vellet, vt ait Cicero[b], *vt si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, vt sit is ciuis Gaditanus, magna potestas sit ciui nostro mutandæ ciuitatis, nec fœdere impediatur, quominus ex ciue Romano ciuis Gaditanus esse possit*. Et in ijs

[a] in orat: pro C. Balbo.

3

qui

qui Athenis (apud Ciceronem) in numero Iudicum, atque Areopagitarum certa tribu, certo numero erant clariùs elucet: omnia enim ista in tribus nempè, numerosque referri opus erat ei qui in ciues cooptaretur [a], aliàs vel ξένος, id est hospes dicebatur, qui ad breue tempus Athenis commoraretur, seu [b] μέτοικος qui μὴ πρὸς ὀλίγον ἐπιδήμων ὡς ξένος. Cùm ergo ille, qui apud hostes

4 manumissus beneficioque manumissionis ciuitatem adeptus, si remanendi animo fuerit, aut etiam cùm ad suos peruenerit reuertendi, postliminium amittat, nec amplius ei concedatur; quo iure postliminium erit ei, qui se in numeros, tribusque referri patitur, atque in aliam ciuitatem adscribi? & si hoc fortasse in his qui apud hostes remanét vitio transfugij adscripseris; regeram idem quæsitum de eo qui ex fœderato populo seruijsset, Cicero [c]: *Similique genere inferiori ordine si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, seque liberaßet, ac postea domum reuenißet, quæsitum est apud maiores nostros,*

5 *num & ad suos postliminio rediißet, & amisisset hanc ciuitatem.* Nulla ergo dubitatio in hoc casu esset si modo constaret inter

foe-

a Demosth. in orat. aduersus Nicetam.
b Suidas & Harpocration.
c lib. 1. de orat.

fœderatas vrbes postliminium esse: si enim is qui ex fœderata ciuitate Romam venisset, Romanam ciuitatem beneficio adeptus ad suos iterum remeando postliminium habuisset, Romanamque amitteret ciuitatem, quare ius istud ei qui manumissione ciuis fuisset, denegandum? Adhuc quæro Salmasi, & è tuis tenebris lucem, velut è Democriti puteo haurire gestio; imò quæstionem istam in libero homine locum nunquam habuisse censeam: ast in eo qui è fœderato populo seruisset non sine ratione quæsitum. Finge inter eos qui 6
bellum gesserunt fœdus ictum, nec eo fœdere comprehensum vt captiui redderentur, captos deniq; qui apud ipsos fœderatos populos adhuc seruirent (qualem fuisse Menandrum suspicor) libertatem meruisse; ac demum cùm ciues manumissione essent domum reuenisse, de postliminio rectè dubitatum: hi etenim ab hostibus capti (solum enim his ius postliminij fuisse viriliter asseram, nec aliud mihi vel ipsa Suada) manumissione ciues facti, nec voluntariè in ciuitatem adscripti fuerant, ijsq;, si domũ reuenerint, non alia ratione postlimi-
nium

nium denegandum videbatur, nisi quia
inter fœderatas vrbes postliminium non
esset,nec alijs concedendum,quã ijs qui
libertatem postliminio reciperent: sed
quia beneficio ma numissionis postlimi-
nium adimi durum nimis fuisset, nec
adhuc ex captiuitate plenè restituti cen-
serentur, qui libertatem , ciuitatemque
suam simul amisissent , & licet liberta-
tem manumissione fuissent consecuti ,
ciuitate adhuc sua carerent, ideo postli-
minium ijs conceditur, quo ciuitas ve-
lut olim capto redditur . Itaque Cice-
ro [a] ciuitatem postliminio mutari pos-
se asserit in casu illo Cnei Publicij
Menandri, qui captiuus (vt constat ex
Pomponio) cùm apud Romanos ma-
numissus libertatem meruisset, postli-
minio redire poterat: nam velut olim
capto, nec plenè restituto competebat ,
sed etiam (ait Cicero) *postliminio potest
fieri ciuitatis mutatio : neque enim sine causa
de Cn. Publicio Menandro Libertino homi-
ne &c.* Qui enim si postliminio ciuitas
mutari posset, cùm quis voluntariè ci-
uitatem mutasset, ac tandem domum
redijsset ad captiui exemplum decurre-
ret I ulius ? In libera ergo manumissi
vo-

[a] Orat. pro Corn. Balbo.

voluntate positum, vel postliminio redire, iuraque ciuitatis recipere, vel apud alios liber, ciuisque remanere; Quòd si melioris lucis radius alluceat, & ad veræ Iurisprudentiæ regulas exactè ista pertractemus in specie proposita, si ciuis Romanus ab hostibus captus, fœdere inito manumittatur, eaq; manumissione apud fœderatos ciuis fiat (nec enim sine causa monitum istud: nam etsi apud Romanos ius illud sit, vt seruus manumissus, si modò maiorem iustamue libertatem consequeretur, ciuis 7
fieret, non idem apud Athenienses, sed cũ μετοίκοις, censebatur μετοίκιονq; soluebat[a]. Vnde apud Aristophanem querelæ illæ seruos non tantùm libertate, sed & ciuitate donatos.

Καὶ γὰρ αἰσχρόν ἐστι τοὺς μὲν ναυμαχήσαντας μίαν
Καὶ Πλαταιᾶς εὐθὺς εἶναι, κἀντὶ δούλων δεσπότας.)

[a] Ex Harpocratione & Polluce Petitus lib. 2. leg. Attic. tit. 6.

Quæstio sanè incidebat de postliminij iure: fictio enim illa qua libertatis, ciuitatisque iura, imò ipsa libertas, ciuitasque in suspenso sunt, in his quæ ad ciuitatis iura pertinent, in manumisso illo, desinebat operari: nec enim alterius

ciuitatis ciui Romana ciuitas restitui poterat, nec illi qui nondum ciuis, ciuitatis iura, vt retro in ciuitate fuisse crederetur, quod aliter accidere censeam,
8 si ij apud quos iste manumissus, Attico iure vtantur: cùm enim ciuitas ei beneficio manumissionis non obueniat, Romana ipsi restituetur, & si vtroque casu quoad libertatem, libertatisq; iura iam inde postliminio reuersus iste intelligendus cum publico nomine apud ipsos iam fœderatos tutus esse incipiat: rem ergo in anxio Iurisconsulti esse noluere, sed in ipsius manumissi voluntate situm, vt si ad suos redierit animo remanendi postliminio reuersus intelligatur, ciuitasque ipsa restituta: ne imposita apud hostes libertas (ἐπιτεθεῖσα αὐτῷ ἐλευθερία vt loquuntur Basilica) postliminio obstet: ast cessante ratione illa, & necessitate, nunquam alterius ciuitatis ciui, postliminium erit, cùm nec seruo, non bello capto, sed quem pater suus vendidisset, competat, vt Cicero refert[a]. Denique apud fœderatos ipsos ciuitas retinetur, quam
9 libertatis verbo signatam velim apud Proculum; vnde & ipsis ab hostibus re-

a lib. 1. de Orat.

reuersis, cùm ad socios, fœderatosque deueniunt ciuitas redditur. Non ergo ciuitas ex eo amittitur quod quis apud fœderatos populos sit, sed dicatione, quæ vel apud fœderatos populos, vel apud ipsos qui in ditione Romana essent, contingit, quemadmodum hi qui
in colonias deducebantur, quos Græci 10
ἐποίκους vocant, quos è corpore suo ciues in colonias mittebant, vt apud Thucydidem [a] ἐποίκους ἑαυτῶν ἐπέμψαν Ἀθηναῖοι, seu ἀποίκους ex Aristotele [b]; vnde colonia ἀποικία, qui si in Latinas colonias deducerentur vt de Tudertanis nostris Strabo [c], Λατῖνοι τε οἱ πλεῖστοι γεγόνασι, καὶ ἐποίκους εἰλήφασι Ῥωμαίους, Romanam
ciuitatem amittebant, Cicero [d]; *Quemadmodum si ciuitas adimi non possit, in colonias Latinas sæpè ciues nostri profecti sint.* Boëtius [e], *inductione in Latinas colonias ciues Romanos mediam capitis diminutionem consecutos esse, & Romanam ciuitatem amisisse.* Eodemque iure censebantur familiæ ijsdem colonijs adiectæ vt colonorum infrequentiæ subueniretur [f]. Vnde mirum, bis mirum quod cùm his postliminium non esset, Ælij Galli, & Proculi ætate, qua differentia illa inter Populi 11

[a] Thucydides lib. 3.
[b] Arist. l. 2. Polit.
[c] Strabo l. 3.
[d] Cicero pro Cæcina.
[e] Boet. in Topic.
[f] Liu. l. 64. Tacit. l. 1. Histor.

Rom. vrbes vigebat, si modò postliminium illud ciuitatis admittamus, quod blatterat Salmasius: nec enim potiori iure inter fœderatos inductum. Nec turbant sanè aut mouent verba illa apud Ciceronem de his quæ Athenis in
12 numero Areopagitarum, *cùm ignorarent si illam ciuitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent*. Scio apud Oratores plerumque verbum *postliminium* pro quouis reditu vsurpatum, nec Iurisconsultorum sensu crebro apud Latinæ linguæ auctores inueniri, sic Apuleius, *Postliminio me in forum Cupidinis reducens*: imò figuratè sæpè, vt *postliminium mortis & quietis*, Apuleio, *Ecclesiasticæ pacis* Tertulliano, quemadmodum & in codice Theodosiano[a] accipiendum; quæ rectiùs notabis, si obserues apud Ciceronem isthæc confundi quæ apud Iurisconsultos distincta, nec immeritò *postliminium habere*, *ciuitatem adipisci, & ciuitatem retinere*, vt in casu C. Mancini Numantinis dediti à Cicerone non vno loco in quæstionem adducto[b], reperies; apud Iurisconsultos verò diuersissima hæc, alij enim ciuitatem adipiscuntur, qui eam nempè amiserunt,

a l. 2. C. de Repudijs.

b l. 1. de orat. in Topic. & in orat. pro Cæcina.

runt, ac denuo sunt recepti, sed sine postliminij iure, quemadmodum olim dediti speciali beneficio à populo [a] recepti, quos tamen postea postliminij iure reuerti placuit [b]; ast ciuitatem retinere de ijs dicebatur, qui nusquam eam amisissent, quin postliminij fictione opus, vt alij apud Pomponium [c] differebant; vnde oratoriè *postliminio recuperare* pro *ciuitatem denuò adipisci* apud Ciceronem scriptum iudicem. Quid quod Triphonius [d], cùm de postlimio in pace agit, his qui ad alteros peruenerunt (te enim Salmasi *exteros substituentis* in ius voco & antestor. Exteros ais eos dici, qui nunquam fœderati: vt quid ergo in his qui ad non fœderatos peruenerint, vt serui efficiantur, bellum exortum Triphoninus supponeret? sed in ius voco, nil minùs quàm iura cogitantem.) Exorto demum bello captis, postliminium in pace fuisse asserit. *Verùm in pace qui peruenerunt ad alteros, si bellum subito exarsisset eorum serui efficiuntur, apud quos iam hostes suo fato deprehenduntur, quibus ius postliminij est tam in bello, quàm in pace*. Quod si postliminium in pace his omnibus esset, qui ad alteros etiam

a l. vlt. de legat. l 4. §. 1. de captiuis.

b d. l. 4. in princip.

c d. l. vlt. de legat.

d l. in bello 12. in princ.

amicos, siue fœderatos peruenerint, superuacuè Triphoninus bellum exortum, seruosque effectos proposuisset, cùm postliminij in pace exempla augere posset nouo isto & illustri. Sed demum dices Triphonini iam æuo ius illud obsoleuisse, postliminiumque ciuitatis in vsu esse desijsse, cùm iam ciui Romano duarum ciuitatum ciuis esse liceret. Sed te, ad Pomponium relego, qui Triphonino σιύχϱονος eandem speciem tractat quam Cicero de manumisso reuerso postliminio, superuacaneamque legem fore asserit, ne minùs ciuis esset, ea ratione *quod si animus ei fuisset remanendi apud suos, desineret esse ciuis*. Quod si illud verum Triphonini, & Pomponij æuo, iam cuilibet licere duarum ciuitatum ciuis esse, falsa esset Pomponij ratio, nec alia ratione superuacanea lex esset, nisi quod postliminio nunquam fieret ciuitatis mutatio; nec huius vel antiquati, vel abrogati iuris argumentum ex Traiani epistola apud Plinium adeo ferreum, &,
14 vt ille existimat, ἀνάγκας ὑπεϱφαίνοντα λόγον: nam etsi Harpocrati Iatraliptæ Plinius ciuitatem Romanam impetrasset: erat enim peregrinæ conditionis manumissus

sus

ſus à peregrina a. *Quare rogo des ei ciuitatem Romanam: eſt enim peregrinæ conditionis manumiſſus à peregrina*: ac poſtmodum, Alexandrinam ciuitatem Traianus conceſſerit non ex eo deducitur, quod ciui cuilibet Romano aliam ciuitatem retinere liceret. Inprimis namque vel negari omninò queit Harpocrati Iatraliptæ, Alexandrina ciuitate conceſſa Romanæ ciuitatis iura ſeruata, ſeu, quod verius, veteriſque iuri rationi apprimè congruit dicendum nihil obſtare quominus alterius ciuitatis ciui ius ciuium Romanorum fuerit conceſſum Principis beneficio, vt honorariè ciuis eſſet Romanus, nec ſuæ ciuitatis ciuis eſſe deſineret, quemadmodum municipes legibus, moribuſque ſuis vtentes nihilominus ciues Romani erant, quod & in Iatralipta Harpocrate, qui Romanam ciuitatem impetrauerat, clarum ex ipſius Traiani epiſtola, *ciuitatem Alexandrinam, ſecundùm inſtitutionem Principum non temerè dare propoſui, ſed cùm Iatraliptæ tuo ciuitatem Romanam impetraueris, huic quoque petitioni tuæ negare non ſubſtineo, tu ex quo nomo ſit, notum mihi facere debebis.* Ægyptius enim homo in præfectura

a Plin. l. 10 epiſt. 5.

ſeu νόμῳ (in quas Ægyptum diuidi ex Herodoto, Strabone, & Plinio notum) adhuc cenſebatur. Sed videamus ius iſtud Ciceronis æuo vſurpatum, etſi à pleriſque incognitum, & ſub Traiano obliteratum, quo tempore in vſu eſſe deſijſſet; id viguiſſe ſub Auguſto, aut Tiberio (quorum æuo vixiſſe Gallum ſibi non modò coætaneum, ſed φίλον καὶ ἑταῖρον teſtatur Strabo.[a]) ſupponit Ælius Gallus vel ipſo fatente Salmaſio, ſub Othone Proculus, quem Tacitus [b] non ignotum voluit, & iam ſub Traiano breui annorum lapſu, nec priſci iuris veſtigium inueniri Salmaſius iubet. Sed nos etiam poſt Traianum Antoninum vſque, eos qui in ciuitatem Romanam fuiſsent adlecti, ſi cum ſuis cenſeri mallent Romanam amiſiſse reperimus, probatque Pauſanias [c] cum liberos Græcorum, qui ciuitatem Romanam fuerant adepti, ſi modò ipſi cum Græcis cenſeri mallent, hæredes inſtitui non potuiſse ſcribit, quouſque conceſsa ciuitate omnibus prouincijs ab Antonino iam vtpote ciues Romani etiam ij qui cum Græcis cenſebantur hæreditatem capiebant. ἐς οἷς (ait Pauſanias) τῶν ὑπηκόων πολίταις ὑπῆρ-

a Strabo lib. 2.

15

b lib. 15. annal.

c in Arcadicis.

ὑπῆρχεν εἶναι Ῥωμαίων οἱ δὲ παῖδες ἐτέλουν σφίσιν ἐς τὸ ἑλληνικόν, τούτοις ἐλείπετο εἰκότα νεῖμαι τὰ χρήματα ἐς οὐ προσήκοντας, ἢ ἐπαυξῆσαι τὸν βασιλέως πλοῦτον. καὶ νόμον δή τινα Ἀντωνῖνος δὲ ἔφηκε καὶ τούτους διδόναι σφᾶς παισὶ τὸν κλῆρον, ſed conſtitutio iſta Antonini nihil effecit, quominus is qui ciuis Romanus eſſet, ſi in ciuitatem fœderatam ſe dicaſſet, Romanam amitteret, vt optimè norat Salmaſius, (aliter ac Guillelmanus, qui ad fœderatos etiam extendi Antonini reſcriptum non contemnendo lapſu, aſſerit[a]) ſed ſtatim eam rem multum priſtino iuri derogauiſſe ait, cùm euiluiſſet quodammodo ius ciuitatis Romanæ tot populis com-
municatum. Cuius argumenti vim 16
non capio, nec προχρόνισμον illum, vt iuri iam ſub Traiano abolito effuſum ab Antonino in omnes prouincias ciuitatis ius multum derogaſſet.

Sed ſatis ſomnia narraſſe, Atlas ego 17
ſum, & ſomniare deſij, Proculi ergo, germanam lectionem in tenebris iſtis ſequar, inter liberos fœderatoſque populos poſtliminium nunquam fuiſſe aſſerentem, nec nimium (quod faciunt alij) non quidem Ælij Galli reſponſo, ſed

[a] Guillelmanus de rebus Heluet. lib. 2. cap. 10.

ſed Feſti ſchedis è tineis blattiſque vindicatis, & quas non vno in loco mutilas, deprauataſque ſcimus, credam, nec ad eas velut ad regulam iuriſque normam Proculi verba, ſtructuramque omnem exigam; imò Feſti verbis velut Lesbia vtar norma,& ſtructuræ accommodabo, & pro his *cum populis liberis, & cum fœderatis*, libenter legam, *cum populis liberis nec dum fœderatis poſtliminium nobis eſt ita vti cum hoſtibus*: nec enim vel ipſo Salmaſij iudicio rectè verba illa capi poterant, cùm poſtliminium illud cum fœderatis non ita fuiſſet vti cum hoſtibus, ſed ciuitatis ſolùm non libertatis. Sed quid de externitate fœderatorum, Proculique ſtructura? *non dubito* (ait) *quin fœderati, & liberi nobis externi ſint, non inter nos atque eos poſtliminium eſſe*. Et vt Cuiacij emendationem mittam, qui *nec* pro *non* ſubſtituit, aliamque Budæi, cui fauet Salmaſius, etſi alio longè ſenſu, nil tamen mutandum cenſeam, ſed verbum illud *quin* pro *quamuis* poſitum credam, vt hic conſtet ſenſus; Non dubito inter nos, fœderatoſque populos poſtliminium non eſſe, quamuis externi ſint. Similis locutio apud Agellium

lium

lium [a], vbi de acceptione voculæ *quin*; *aliter autem* (ait) *sic componimus quod quasi priori videtur contrarium, non idcircò causas Isocrates defendit, quin id vtile esse & honestum existimarit à quo illa significatio non abhorret, quæ est in tertia origine M. Catonis; haud eos* (inquit) *eo postremum scribo quin populi & boni, & strenui sint*, nec fœderatos 18
externos censeri abnuam, quos Cicero [b] externos appellat, extraneosque Paulus [c] imò & subditos nondum ciuitate donatos, externos cecinit Rutilius;

Nec putat externos, quos decet esse suos.

Sed quid innumera exempla glomerare? *externa auxilia* Tacito, *externus cultus* Liuio, & Plinio, *externo commissa duci* Virgilio; imò propriè verèque externi dicebantur, qui nondum in ditionem venerant, etsi hostes modestè & ὑποκορισικῶς externi appellarentur, quemadmodum hostes vetus latinitas peregrinos dixerat [d], quo verbo media iurisprudentia perduelles notauit [e], quod Græcè ὑποκορίζομαι, id est εὐφημῶς ὀνομάζειν vocant, & vt Virgilius,

Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

F I N I S.

a lib. 17. Noct. Attic. c. 13.

b Cicero in Corneliana

c l. 3. de offic. Præsid.

d Marc. Varro l. 4. de ling. lat. Cicero in topicis. Festus in voce *Hostis*.

e l. quos nos hostes 34. de verb. sig.

Errata sic corrige.

Primus numerus paginam, secundus lineam denotat.

Pag. 7. *lin.* 25. Arcania *leg.* Acarnania. 8. 4. ὅσπερ *leg.* ὥσπερ. *ibid.* 19. diuersas *leg.* diuisas. 10. 18. αὐτοτέλια *leg.* αὐτοτέλεια. 16. 25. προτιμίσεως *leg.* προτιμήσεως. 18. 8. quod *leg.* quòd. 24. 14. Liciarcha *leg.* Lyciarcha. 33. 19. in not. pro Balto *leg.* pro Balbo. 34. 18. proprium *leg.* proprijs. *ibid.* 20. Magistratuum *leg.* Magistratus. 36. 6. διαλξέζαι *leg.* διατξέζαι. 37. 24. ὅπερ *leg.* ὥσπερ. 38. 14. καὶ φιλικῶν *leg.* τῶν φιλικῶν. 39. 1. obsequerentur *leg.* obsequebantur. *ibid.* 22. superesset *leg.* superesse. 42. 4. damantos *leg.* damnatos. 47. 18. εἰς φόρον *leg.* εἰς φόρον. 49. 13. quod ipsa *leg.* quod ipse. 50. 4. ἀλλόφυλον, ἵδρυται καὶ *leg.* ἀλλόφυλον ἵδρυται, καὶ. 54. 12. hominis *leg.* nominis. 58. 29. dicatum *leg.* dicatam 60. 10. adimiere *leg.* adimere. 65. 3. censeretur *leg.* censerentur. *ibid.* 4. apud Liuium, Romanis *leg.* apud Liuium Romanis, 67. 5. Erechthio *leg.* Erechtheo. 69. 6. hac *leg.* hæc. *ibid.* 19. vsquaquaque *leg.* vsquequaque. 70. 2. per ἔκλυψιν *leg.* ἔλλειψιν. 82. 20. ὑστερόσηειν *leg.* ὕστερος ἦειν.

85.

85. 12. Acacidi Pyrro nupta *leg.* in Æacidæ Pyrri contubernio. *ibid.* 18. Andromaches *leg.* Andromache. *ibid.* 24. ἱςυρȣ̃σι *leg.* ἱςορȣ̃σι. 103.20. amisissent *leg.* amisisset. *ibid.* 21. reciperent *leg.* reciperet. 104. 28. reliquosq; *leg.* reliquasque. 112. 17. esse *leg.* esset. *ibid* 27. vso togæ *leg.* vsu togæ. 113. 22. id esse *leg.* id est. 116. 17. reputantur *leg.* reputentur.